uos in auribus uestris sermones hos filius enim
hominis futurum est ut tradatur in manus homi
num Qui autem non intellegebant uerbum istud
&erat uelatum ab eis ut non sentirent eum &
timebant interrogare eum de uerbo hoc Intrauit
autem cogitatio in eos quis esset maior eorum
Ihs autem uidens cogitationes cordis illorum ap
prehendit puerum &statuit illum iuxta se Et
dixit illis quicumque susceperit puerum istum in
nomine meo me suscipit &quicumque me susce
perit suscipit eum qui misit me Nam qui minor
fuit inter omnes uos hic maior est Respondens
autem iohannes dixit praeceptor uidimus quendam
in nomine tuo eicientem daemonia &prohibuimus
eum quia non sequitur nobiscum Et dixit ihs
nolite prohibere qui enim non est contra uos pro
uobis est Et factum est cum complerentur dies
assumptionis eius &ipse faciem suam firmauit ut
iret in hierusalem &misit nuntios ante faciem
suam Et euntes intrauerunt in quandam ciuitatem
samaritanorum ut parassent illi Et non receperunt
eum quia faciem eius erat euntis in hierusalem
Et cum uidissent discipuli eius iacobus &iohannes
dixerunt domine uis dicimus ut ignis descendat de
caelo &consumat illos sicut &helias fecit Conuer
sus autem increpauit illos &dixit nescitis cuius
spiritus estis filius enim hominis non uenit ani
mas perdere sed saluare Et abierunt in aliud
castellum Et factum est dum irent in uia dixit
quidam ad illum sequar te quocumque ieris domine
Et ihs dixit illi uulpes foueas habent &uolucres
caeli tabernacula sed filius hominis non habet
ubi caput reclinet Dixit autem ad alium sequere
me Ille autem dixit sine prius me ire &sepelire
patrem meum Ihs autem dixit illi dimitte mortuos
sepelire mortuos suos tu autem uade &annuntia
regnum dei Et alius dixit sequar te domine sed
permitte mihi primum renuntiare his qui domi
sunt meae Ihs autem dixit ad illum nemo mittens
manum suam ad aratrum &respiciens retro aptus
est regno dei
Post haec autem designauit dominus &alios septua
ginta duos &misit illos binos ante faciem suam
in omnem ciuitatem &locum quo erat ipse uenturus
Et dicebat illis messis quidem multa operarii
autem pauci rogate ergo dominum messis ut mittat
operarios in messem suam Ite ecce ego mitto uos
sicut agnos inter lupos Nolite portare sacculum
neque peram neque calceamenta &neminem per
uiam salutaueritis Quamcumque autem intraueritis
domum primum dicite pax huic domui Et si ibi
fuerit filius pacis requiescet super illum pax uestra
autem reuertetur ad uos In eadem autem domo
manete edentes &bibentes quae apud illos sunt
dignus est enim operarius mercede sua Nolite
transire de domo in domum Et in quamcumque
ciuitatem intraueritis &susceperint uos manducate
quae apponuntur uobis Et curate infirmos qui in
illa sunt &dicite illis appropinquauit in uos regnum
dei In quamcumque autem ciuitatem intraueritis
&non susceperint uos exeuntes foras plateas illius
dicite Etiam pulueres qui adhaeserunt nobis de
ciuitate uestra excutimus in uos uerumtamen hoc
scitote quia appropinquauit regnum dei Dico uobis
quia sodomis in die illa tolerabilius erit quam
ciuitati illi Uae tibi corozain uae tibi bethsaida
quia si in tyro &sidone factae essent uirtutes quae
factae sunt in uobis olim sedentes in cilicio &
cinere paenitentiam egissent Uerumtamen tyro &
sidoni remissius erit in iudicio quam uobis Et tu
capharnaum nunquid usque in caelum exaltaberis
usque in infernum descendes Qui uos audit me
audit &qui uos spernit me spernit Qui autem me
spernit spernit eum qui misit me Reuersi sunt
autem septuaginta duo cum gaudio dicentes domine
etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo
Ait illis uidebam satanan sicut fulgur de caelo
cadentem Ecce dedi uobis potestatem calcandi
super serpentes &scorpios &super omnem uirtutem
inimici &nihil uobis nocebit Uerumtamen in hoc
nolite gaudere quia spiritus uobis subiciuntur
gaudete autem quia nomina uestra scripta sunt in
caelis In ipsa hora exultauit spiritu sancto &dixit
confiteor tibi pater domine caeli &terrae quia
abscondisti haec a sapientibus &prudentibus &
reuelasti ea paruulis Etiam pater quoniam sic
placitum fuit ante te Omnia mihi tradita sunt a
patre meo &nemo scit qui sit filius nisi pater
neque qui pater sit nisi filius &cui uoluerit filius
reuelare Et conuersus ad discipulos suos dixit
beati oculi qui uident quae uos uidetis Dico enim
uobis quia multi prophetae &reges uoluerunt uidere
quae uos uidetis &non uiderunt &audire quae
audistis &non audierunt Et ecce quidam legis
doctor surrexit tentans illum &dicens magister
quid faciendo uitam aeternam possidebo Ihs autem
dixit ad illum in lege quid scriptum est quomodo
legis Ille autem respondens dixit diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo &ex tota anima tua
&ex omnibus uiribus tuis &ex omni mente tua
&proximum tuum sicut te ipsum Dixit autem ei
recte respondisti hoc fac &uiues Ille autem uolens
iustificare semetipsum dixit ad ihm &quis est
meus proximus Suscipiens autem ihs dixit homo
quidam descendebat ab hierusalem in hiericho &
incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum
&plagis inpositis abierunt semiuiuo relicto Acci
dit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem
uia &uidens eum praeterit Similiter &leuites
cum esset iuxta locum &uidens praeterit Samari
tanus autem quidam iter faciens uenit secus eum
&uidens misericordia motus est Et adprope
rans alligauit uulnera eius infundens oleum &
uinum &imposuit illum in iumentum suum &
duxit in stabulum &curam illius egit Et alia
die proferens duos denarios dedit stabulario &
ait illi curam illius habe &quodcumque supera
uerit ego cum rediero reddam tibi Quis horum
trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui inci
dit in latrones Ille autem dixit qui fecit misericor
diam in illum Et ihs dixit ei uade &tu fac
simili modo Et factum est dum irent illi ipse
intrauit quandam castellum &mulier quaedam
martha nomine excepit illum in domum suam
Et huic erat soror nomine maria quae etiam sedens
secus pedes ihu audiebat uerbum illius Martha
autem satagebat circa frequens ministerium Quae
stetit &ait domine non est tibi curae quod soror
mea reliquit me solam ministrare dic ergo illi ut
me adiuuet Et respondens ihs dixit illi martha
martha solicita es &turbaris erga plurima porro
unum est necessarium Maria optimam partem elegit
quae non auferetur ab ea
Et factum est cum esset in quodam loco orans
quidam ex discipulis eius ait ad illum domine
doce nos orare sicut &iohannes docuit discipulos
suos Ihs autem dixit illis cum orabitis dicite
pater sanctificetur nomen tuum adueniat regnum
tuum panem nostrum cotidianum da nobis hodie
&dimitte nobis peccata nostra nam &ipsi dimit
timus omni debenti nobis &ne nos inducas in
temptationem Et dixit ad illos quis habebit ex
uestrum amicum &ibit ad illum media nocte &
dicet illi amice commoda mihi tres panes quia
amicus meus uenit de uia ad me &non habeo
quod ponam ante illum Et ille deintus respon
dens dicat noli mihi molestus esse ianua iam
clausa est &pueri mei mecum sunt in cubili non
possum surgere &dare tibi Et si perseuerauerit
pulsans dico uobis etsi non dabit illi surgens eo
quod amicus eius sit propter inprobitatem tamen
eius surgens dabit illi quotquot habet necessarios
Et ego uobis dico petite &dabitur uobis quaerite
&inuenietis pulsate &aperietur uobis Omnis enim
qui petit accipit &qui quaerit inuenit &pulsanti
aperietur Aut quis est ex uobis patrem petens
panem numquid lapidem porriget illi aut piscem
numquid pro pisce serpentem porriget illi aut si
petierit ouum porriget illi scorpionem Si ergo
uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis
uestris quanto magis pater de caelo dabit spiritum
bonum petentibus se
Et erat eiciens daemonium &illud erat mutum
Et cum eiecisset daemonium locutus est mutus &
admirata sunt turbae Quidam autem ex ipsis dixe
runt in beelzebub principe daemoniorum eiicit
daemonia Et alii temptantes signum de caelo
quaerebant ab eo Ipse autem uidens cogitationes
eorum dixit eis omne regnum in se ipsum diui
sum desolabitur &domus super domum cadet Si
autem &satanas in se ipsum diuisus est quomodo
stabit regnum eius quia dicitis in beelzebub me
eicere daemonia Si autem ego in beelzebub eicio
daemonia filii uestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices
uestri erunt Si autem in digito dei eicio daemonia
profecto praeuenit in uos regnum dei Cum fortis
armatus custodit atrium suum in pace sunt ea
quae possidet Si autem fortior illo superueniens
uicerit eum uniuersa arma eius auferet in quibus
confidebat &spolia eius distribuet Qui non est
mecum contra me est &qui non colligit mecum
spargit Cum immundus spiritus exierit de homine
ambulat per loca inaquosa requirens requiem &
non inueniens dicit reuertar in domum meam unde
exiui Et cum uenerit inuenit eam scopis mundatam
&ornatam Tunc uadit &assumit septem alios
spiritus secum nequiores se &ingressi habitant
ibi Et fiunt nouissima hominis illius peiora
prioribus Factum est autem cum haec diceret
extollens uocem quaedam mulier de turba dixit
illi beatus uen

Lc xxx viii

Lc xxxi x

Lc xxxii ch xxi

ch xxi Lc xxxviii

xx

xxi

xxiii x

xxv iii vii vi

Lc 10 Utcessauitautloqui·dixitadsimonem· Ducinal
tum&laxateretiauſamcapturam Etrespondenssimon
dixitilli· Preceptor pertotamnoctemlaborantesnihil
cepimus·inuerboautemtuolaxaborete· Etcumhocfe
cissent·conclusserunt piscummultitudinemcopiosam·
Rumpebaturautemretetorum·&annuerunt sociisqui
erantinaliananauiutuenirent&adiuuarenteos· Etue
nerunt&impleuerunt ambasnauiculasitautmer
gerentur· Lc Quodcumuideretsimonp&rus pro
cidit adgenuaihū dicens· Exiameaquiahomopeccato
sumdne· Stuporenimcircumdederateum·&omnes
quicumillo erant incapturapiscium quācoeperant
Similiterautemiacobum&iohannemfilioszebedeiqui
erantsociisimonis· Lc dh ch Etaitadsimonemihs·
Nolitumeretexhociamhominesericapiens· Lc Etcre
derunt ineum discipulieius· Lc Etsubductisadterra
nauibussecutasuntillum· dh ch Lc

ETCUMIRANSIRETINDEIHSUIDITHOMINEM
sedenteminteloneomatheumnomine·&aitilliSequere
me·Etsurgenssrelictisomnibussecutuseseteum·
POSTHAECUENITIHSETDISCIPULIEIUS
Iuudaeamterram·&illicdemorabaturcumeisbapti
zabat· Lc dh Lc Etaitautt&iohannes baptizansinēnon
uixtasalymquiaaquaemultaerantillic·&aduenieb ant
et baptizabantur·nondumenimerat missus Iohannes
in carcerem·Factaest autemquaestio ex discipulis
Iohannis cumiudaeo de purificatione·Et uenerunt
ad Iohannem·et dixerunt ei·Rabbi·ecce ille qui erat
tecum trans Iordanem·cui tu testimonium perhibuisti·
ecce hic baptizat·et omnes uenitad eum·Respondit
Iohannes·et dixit·Non potest homo quicquam accipere
nisi fuerit ei datum de caelo·Uos mihi testimonium
perhibetis·quia dixi·Non sum ego Christus·sed quia
missus sum ante illum·Qui habet sponsam·sponsus
est·amicus autem sponsi·qui stat et audit eum·gaudio
gaudet propter uocem sponsi·Haec ergo gaudium
meum impletum est·Illum oportet crescere·me autem
minui·Qui desuper uenit·omnibus est superior·Qui
de terra est·de terra loquitur·Qui de caelo uenit·
et testimonium eius nemo accipit·Qui autem accepit
eius testimonium·signauit quia Deus uerax est·Quem
enim misit Deus·uerba Dei loquitur·Non enim ad
mensuram dat Deus spiritum·Pater diligit filium·
et omnia dedit in manu eius·Qui credit in filium·
habet uitam aeternam·Qui autem incredulus est filio·
non uidebit uitam·sed ira Dei manet super eum·
Cognouit ergo Iesus quia audierunt pharisaei quod
Iesus plures discipulos facit et baptizat quam Iohannes·
quamquam Iesus ipse non baptizaret·sed discipuli eius·
Reliquit Iudaeam·et abiit iterum in Galilaeam·
Oportebat autem eum transire per Samariam·
Uenit ergo in ciuitatem Samariae quae dicitur Sichar·
iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo·
Erat autem ibi fons Iacob·Iesus ergo fatigatus ex
itinere sedebat sic supra fontem·hora erat quasi sexta·
Uenit mulier de Samaria haurire aquam·Dicit ei Iesus·
Da mihi bibere·Discipuli enim eius abierant in
ciuitatem ut cibos emerent·Dicit ergo ei mulier
Samaritana·Quomodo tu Iudaeus cum bibere a me
poscas quae sum mulier Samaritana·Non coutuntur
Iudaei Samaritanis·Respondit Iesus et dixit ei·Si
scires donum Dei·et quis est qui dicit tibi·Da mihi
bibere·tu forsitan petisses ab eo·et dedisset tibi
aquam uiuam·Dicit ei mulier·Domine·neque in
quo haurias habes·et puteus altus est·unde ergo
habes aquam uiuam·Numquid tu maior es patre
nostro Iacob·qui dedit nobis puteum·et ipse ex eo
bibit·et filii eius·et pecora eius·Respondit Iesus·et
dixit ei·Omnis qui bibit ex aqua hac·sitiet iterum·
Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei·non
sitiet in aeternum·sed aqua quam dabo ei·fiet in eo
fons aquae salientis in uitam aeternam·Dicit ad eum
mulier·Domine·da mihi hanc aquam·ut non sitiam·
neque uenia huc haurire·Dicit ei Iesus·Uade·uoca
uirum tuum·et ueni huc·Respondit mulier et dixit·
Non habeo uirum·Dicit ei Iesus·Bene dixisti quia
non habeo uirum·Quinque enim uiros habuisti·et
nunc quem habes non est tuus uir·hoc uere dixisti·
Dicit ei mulier·Domine·uideo quia propheta es tu·
Patres nostri in monte hoc adorauerunt·et uos dicitis
quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet·
Dicit ei Iesus·Mulier·crede mihi quia uenit hora·
quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis
adorabitis Patrem·Uos adoratis quod nescitis·nos
adoramus quod scimus·quia salus ex Iudaeis est·
Sed uenit hora·et nunc est·quando ueri adoratores
adorabunt Patrem in spiritu et ueritate·Nam et
Pater tales quaerit qui adorent eum·Spiritus est
Deus·et eos qui adorant eum in spiritu et ueritate
oportet adorare·Dicit ei mulier·Scio quia Messias
uenit·qui dicitur Christus·Cum ergo uenerit ille·
nobis annuntiabit omnia·Dicit ei Iesus·Ego sum·
qui loquor tecum·Et continuo uenerunt discipuli eius·
et mirabantur quia cum muliere loquebatur·nemo
tamen dixit·Quid quaeris·aut quid loqueris cum ea·
Reliquit ergo hydria sua mulier·et abiit in ciuitatem·
et dicit illis hominibus·Uenite et uidete hominem
qui dixit mihi omnia quaecumque feci·numquid ipse
est Christus·Exierunt ergo de ciuitate·et ueniebant
ad eum·In hoc autem medio rogabant eum discipuli
dicentes·Rabbi·manduca·Ille autem dixit eis·Ego
cibum habeo manducare quem uos nescitis·Dicebant
ergo discipuli ad alterutrum·Numquid ei attulit
aliquis manducare·Dicit eis Iesus·Meus cibus est
ut faciam uoluntatem eius qui misit me·ut perficiam
opus eius·Nonne uos dicitis quia adhuc quattuor
menses sunt·et messis ueniet·Ecce dico uobis·
Leuate oculos uestros·et uidete regiones quia albae
sunt iam ad messem·Et qui metit·mercedem accipit·
et congregat fructum in uitam aeternam·ut et qui
seminat simul gaudeat et qui metit·In hoc enim est
uerbum uerum·quia alius est qui seminat·et alius
est qui metit·Ego misi uos metere quod non uos
laborastis·alii laborauerunt·et uos in laborem eorum
introistis·Alii autem plures ex illa ciuitate Samaritani
crediderunt in eum propter uerbum mulieris testimonium
perhibentis quia dixit mihi omnia quaecumque feci·
Cum uenissent ergo ad illum Samaritani·rogabant
eum ut apud eos maneret·Et mansit ibi duos dies·
Et multo plures crediderunt propter sermonem eius·
Et mulieri dicebant quia iam non propter tuam
loquelam credimus·ipsi enim audiuimus·et scimus
quia hic est uere Saluator mundi Christus·Post
duos autem dies exiit inde·et abiit in Galilaeam·
Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia profeta
in patria sua honorem non habet·Cum uenisset ergo
in Galilaeam·excepserunt eum Galilaei·uidentes
omnia quae fecerat Hierosolymis in die festo·et ipsi
enim uenerant ad diem festum·Uenit ergo iterum
in Cana Galilaeae·ubi aquam uinum fecit·Et erat
quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum·
Hic cum audisset quia Iesus aduenit a Iudaea in
Galilaeam·abiit ad eum·et rogabat eum ut descenderet
et sanaret filium eius·incipiebat enim mori·Dixit
ergo Iesus ad eum·Nisi signa et prodigia uideritis·
non creditis·Dicit ad eum regulus·Domine·descende
priusquam moriatur filius meus·Dicit ei Iesus·Uade·
filius tuus uiuit·Credidit homo sermoni quem dixit
ei Iesus·et ibat·Iam autem eo descendente occurrerunt
ei serui eius·et nuntiauerunt dicentes quia filius eius
uiuit·Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius
habuerit·Et dixerunt ei quia heri hora septima
reliquit eum febris·Cognouit ergo pater quia illa hora
erat in qua dixit ei Iesus·Filius tuus uiuit·et credidit
ipse et domus eius tota·Hoc iterum secundum signum
fecit Iesus cum uenisset a Iudaea in Galilaeam·
Post haec erat dies festus Iudaeorum·et ascendit
Iesus Hierosolymam·Est autem Hierosolymis
probatica piscina·quae cognominatur Hebraice
Bethsaida·quinque porticus habens·In his iacebat
multitudo magna languentium·caecorum·claudorum·
aridorum·expectantium aquae motum·Angelus enim
Domini secundum tempus descendebat in piscinam·
et mouebatur aqua·Et qui prior descendisset in
piscinam post motum aquae·sanus fiebat a quacumque
detinebatur infirmitate·Erat autem quidam homo
ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua·
Hunc cum uidisset Iesus iacentem·et cognouisset
quia multum iam tempus habet·dicit ei·Uis sanus
fieri·Respondit ei infirmus·Domine·hominem non
habeo·ut cum turbata fuerit aqua mittat me in
piscinam·dum autem uenio ego·alius ante me descendit·
Dicit ei Iesus·Surge·tolle grabatum tuum·et ambula·
Et statim sanus factus est homo ille·et sustulit
grabatum suum·et ambulabat·Erat autem sabbatum
in die illo·Dicebant ergo Iudaei illi qui sanatus
fuerat·Sabbatum est·non licet tibi tollere grabatum·
Respondit eis·Qui me sanum fecit·ille mihi dixit·
Tolle grabatum tuum·et ambula·Interrogauerunt
eum·Quis est homo qui dixit tibi·Tolle grabatum
tuum·et ambula·Is autem qui sanus factus fuerat·
nesciebat quis esset·Iesus enim declinauit a turba
constituta in loco illo·Postea inuenit eum Iesus in
templo·et dixit ei·Ecce sanus factus es·iam noli
peccare·ne deterius tibi aliquid contingat·Abiit
homo·et nuntiauit Iudaeis quia Iesus est qui fecit
eum sanum·Et propterea persequebantur Iesum
Iudaei·quia haec faciebat in sabbato·Iesus autem
respondit eis·Pater meus usque modo operatur·et
ego operor·Propterea ergo magis quaerebant eum
Iudaei interficere·quia non solum soluebat sabbatum·
sed et patrem suum dicebat Deum·aequalem se
faciens Deo·Respondit ergo Iesus·et dixit eis·
Amen amen dico uobis·non potest filius a se facere
quidquam·nisi quod uiderit patrem facientem·Quae
enim ille fecerit·haec et filius similiter facit·Pater
enim diligit filium·et omnia demonstrat ei quae ipse
facit·et maiora his demonstrabit ei opera·ut uos
miremini·Sicut enim Pater suscitat mortuos et
uiuificat·ita et filius quos uult uiuificat·Neque enim
Pater iudicat quemquam·sed omne iudicium dedit
filio·ut omnes honorificent filium sicut honorificant
Patrem·Qui non honorificat filium·non honorificat
Patrem qui misit illum·Amen amen dico uobis·
quia qui uerbum meum audit·et credit ei qui misit
me·habet uitam aeternam·et in iudicium non uenit·
sed transit a morte in uitam·Amen amen dico uobis·
quia uenit hora·et nunc est·quando mortui audient
uocem Filii Dei·et qui audierint uiuent·Sicut enim
Pater habet uitam in semetipso·sic dedit et filio
habere uitam in semetipso·et potestatem dedit ei
iudicium facere·quia Filius hominis est·Nolite hoc
mirari·quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient uocem eius·Et procedent qui bona
fecerunt·in resurrectionem uitae·qui uero mala egerunt·
in resurrectionem iudicii·Non possum ego a me ipso
facere quidquam·sicut audio iudico·et iudicium meum
iustum est·quia non quaero uoluntatem meam·sed
uoluntatem eius qui misit me·Si ego testimonium
perhibeo de me ipso·testimonium meum non est uerum·
Alius est qui testimonium perhibet de me·et scio
quia uerum est testimonium quod perhibet de me·
Uos misistis ad Iohannem·et testimonium perhibuit
ueritati·Ego autem non ab homine testimonium
accipio·sed haec dico ut uos salui sitis·Ille erat
lucerna ardens et lucens·uos autem uoluistis exultare
ad horam in luce eius·Ego autem habeo testimonium
maius Iohanne·Opera enim quae dedit mihi Pater·
ut perficiam ea·ipsa opera quae ego facio·testimonium
perhibent de me quia Pater me misit·Et qui misit me
Pater·ipse testimonium perhibuit de me·Neque
uocem eius unquam audistis·neque speciem eius
uidistis·et uerbum eius non habetis manens in
uobis·quia quem misit ille·huic uos non creditis·
Scrutamini scripturas·in quibus putatis uitam
aeternam habere·et illae sunt quae testimonium
perhibent de me·Et non uultis uenire ad me ut
uitam habeatis·Gloriam ab hominibus non accipio·
Sed cognoui uos·quia dilectionem Dei non habetis in
uobis·Ego ueni in nomine Patris mei·et non accipitis
me·Si alius ueniet in nomine suo·illum accipietis·
Quomodo uos potestis credere·gloriam ab inuicem
accipientes·et gloriam quae a solo Deo est non
quaeritis·Nolite putare quia ego accusaturus sum
uos apud Patrem·Est qui accusat uos Moyses·in quo
uos speratis·Si enim crederetis Moysi·crederetis
forsitan et mihi·de me enim ille scripsit·Si autem
illius litteris non creditis·quomodo uerbis meis
credetis·Post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae·
quod est Tiberiadis·Et sequebatur eum multitudo
magna·quia uidebant signa quae faciebat super eos
qui infirmabantur·Subiit autem Iesus in montem·
et ibi sedebat cum discipulis suis·Erat autem
proximum Pascha dies festus Iudaeorum·Cum
leuasset ergo Iesus oculos·et uidisset quia multitudo
magna uenit ad eum·dicit ad Philippum·Unde ememus
panes ut manducent hi·Hoc autem dicebat tentans
eum·ipse enim sciebat quid esset facturus·Respondit
ei Philippus·Ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis·ut unusquisque modicum quid accipiat·
Dicit ei unus ex discipulis eius·Andreas frater Simonis
Petri·Est puer unus hic qui habet quinque panes
hordeaceos et duos pisces·sed haec quid sunt inter
tantos·Dixit ergo Iesus·Facite homines discumbere·
Erat autem fenum multum in loco·Discubuerunt ergo
uiri numero quasi quinque milia·Accepit ergo Iesus
panes·et cum gratias egisset distribuit discumbentibus·
similiter et ex piscibus quantum uolebant·Ut autem
impleti sunt·dicit discipulis suis·Colligite quae
superauerunt fragmenta·ne pereant·Collegerunt
ergo·et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum
ex quinque panibus hordeaceis·quae superfuerunt
manducantibus·Illi ergo homines cum uidissent quod
Iesus fecerat signum·dicebant quia hic est uere
propheta qui uenturus est in mundum·Iesus ergo
cum cognouisset quia uenturi essent ut rapiant eum
et faciant eum regem·fugit iterum in montem ipse
solus·Et ut sero factum est·descenderunt discipuli
eius ad mare·et cum ascendissent navim·ibant trans
mare in Capharnaum·Et tenebrae iam factae erant·
et non uenerat ad eos Iesus·Mare autem magno uento
flante exurgebat·Cum remigassent ergo quasi stadia
uicinti aut tricinti·uident Iesum ambulantem super
mare·et proximum navi fieri·et timuerunt·Ille autem
dicit eis·Ego sum·nolite timere·Uoluerunt ergo
accipere eum in navim·et statim navis fuit ad terram
in quam ibant·Postera die turba quae stabat trans
mare·uidit quia navicula alia non erat ibi nisi una·
et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in
navim·sed soli discipuli eius abierant·Aliae autem
uenerunt naues a Tiberiade iuxta locum ubi manducauerant
panem·gratias agente Domino·Cum ergo uidisset
turba quia Iesus non esset ibi·neque discipuli eius·
ascenderunt in naues istas·et uenerunt Capharnaum
quaerentes Iesum·Et cum eum trans mare reperissent·
dixerunt ei·Rabbi·quando huc uenisti·Respondit eis
Iesus et dixit·Amen amen dico uobis·quaeritis me·
non quia uidistis signa·sed quia manducastis ex
panibus et saturati estis·Operamini non cibum qui
perit·sed qui permanet in uitam aeternam·quem
Filius hominis uobis dabit·Hunc enim Pater signauit
Deus·Dixerunt ergo ad eum·Quid faciemus ut operemur
opera Dei·Respondit Iesus et dixit eis·Hoc est opus
Dei·ut credatis in eum quem misit ille·Dixerunt ergo
ei·Quod ergo tu facis signum·ut uideamus et credamus
tibi·quid operaris·Patres nostri manna manducauerunt
in deserto·sicut scriptum est·Panem de caelo dedit
eis manducare·Dixit ergo eis Iesus·Amen amen dico
uobis·non dedit Moyses panem de caelo·sed Pater
meus dat uobis panem de caelo uerum·Panis enim
Dei est qui descendit de caelo·et dat uitam mundo·
Dixerunt ergo ad eum·Domine·semper da nobis panem
hunc·Dixit autem eis Iesus·Ego sum panis uitae·
qui uenit ad me non esuriet·et qui credit in me non
sitiet umquam·Sed dixi uobis quia et uidistis me·et
non creditis·Omne quod dat mihi Pater·ad me ueniet·
et eum qui uenit ad me non eiciam foras·quia descendi
de caelo non ut faciam uoluntatem meam·sed uoluntatem
eius qui misit me·Haec est autem uoluntas eius qui
misit me Patris·ut omne quod dedit mihi non perdam
ex eo·sed resuscitem illud in nouissimo die·Haec est
autem uoluntas Patris mei qui misit me·ut omnis qui
uidet Filium et credit in eum habeat uitam aeternam·
et ego resuscitabo eum in nouissimo die·Murmurabant
ergo Iudaei de illo·quia dixisset·Ego sum panis qui
de caelo descendi·et dicebant·Nonne hic est Iesus
filius Ioseph·cuius nos nouimus patrem et matrem·
quomodo ergo dicit hic·Quia de caelo descendi·
Respondit ergo Iesus et dixit eis·Nolite murmurare
in inuicem·Nemo potest uenire ad me·nisi Pater qui
misit me traxerit eum·et ego resuscitabo eum in
nouissimo die·Est scriptum in prophetis·Et erunt
omnes docibiles Dei·Omnis qui audiuit a Patre·et
didicit·uenit ad me·Non quia Deum uidit quisquam·
nisi is qui est a Deo·hic uidit Patrem·Amen amen
dico uobis·qui credit in me habet uitam aeternam·
Ego sum panis uitae·Patres uestri manducauerunt
manna in deserto·et mortui sunt·Hic est panis de
caelo descendens·ut si quis ex ipso manducauerit·
non moriatur·Ego sum panis uiuus qui de caelo
descendi·Si quis manducauerit ex hoc pane·uiuet in
aeternum·Et panis quem ego dabo caro mea est·pro
mundi uita·Litigabant ergo Iudaei ad inuicem·dicentes·
Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad
manducandum·Dixit ergo eis Iesus·Amen amen dico
uobis·nisi manducaueritis carnem Filii hominis·et
biberitis eius sanguinem·non habebitis uitam in
uobis·Qui manducat meam carnem et bibit meum
sanguinem·habet uitam aeternam·et ego resuscitabo
eum in nouissimo die·Caro enim mea uere est cibus·
et sanguis meus uere est potus·Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem·in me manet et ego
in illo·Sicut misit me uiuens Pater·et ego uiuo
propter Patrem·et qui manducat me·et ipse uiuet
propter me·Hic est panis qui de caelo descendit·
Non sicut manducauerunt patres uestri manna·et
mortui sunt·Qui manducat hunc panem uiuet in
aeternum·Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum·
Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt·
Durus est hic sermo·et quis potest eum audire·
Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent
de hoc discipuli eius·dixit eis·Hoc uos scandalizat·
Si ergo uideritis Filium hominis ascendentem ubi
erat prius·Spiritus est qui uiuificat·caro non prodest
quidquam·Uerba quae ego locutus sum uobis·spiritus
et uita sunt·Sed quidam ex uobis sunt qui non credunt·
Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes·
et quis traditurus esset eum·Et dicebat·Propterea
dixi uobis quia nemo potest uenire ad me·nisi fuerit
ei datum a Patre meo·Ex hoc multi discipulorum eius
abierunt retro·et iam non cum illo ambulabant·
Dixit ergo Iesus ad duodecim·Numquid et uos uultis
abire·Respondit ei Simon Petrus·Domine·ad quem
ibimus·uerba uitae aeternae habes·Et nos credidimus
et cognouimus quia tu es Christus Filius Dei uiui·
Respondit eis Iesus·Nonne ego uos duodecim elegi·
et ex uobis unus diabolus est·Dicebat autem Iudam
Simonis Iscariotis·hic enim erat traditurus eum·
unus ex duodecim·Et post haec in Galilaea non
uolebat ambulare·quia quaerebant eum Iudaei
interficere·Erat autem in proximo dies festus
Iudaeorum Scenopegia·Dixerunt autem ad illum
fratres eius·Transi hinc·et uade in Iudaeam·ut et
discipuli tui uideant opera tua quae facis·Nemo enim
quae in occulto quaerit·et ipse in palam esse·Si haec
facis·manifesta temetipsum mundo·Neque enim
fratres eius credebant in eum·Dicit ergo eis Iesus·
Tempus meum nondum adest·tempus autem uestrum
semper paratum est·Non potest mundus odisse uos·
me autem odit·quia ego testimonium perhibeo de illo·
quia opera eius mala sunt·Uos ascendite ad diem
festum·Ego non ascendo ad diem festum istum·quia
tempus meum nondum impletum est·Haec cum dixisset·
ipse mansit in Galilaea·Ut autem ascenderunt fratres
eius·tunc et ipse ascendit ad diem festum·non manifeste·
sed quasi in occulto·Iudaei ergo quaerebant eum in
die festo·et dicebant·Ubi est ille·Et murmur multus
erat in turba de illo·Quidam enim dicebant·Quia
bonus est·Alii autem dicebant·Non·sed seducit turbam·
Nemo tamen palam loquebatur de illo·propter metum
Iudaeorum·Iam die festo medio ascendit Iesus in
templum·et docebat·Et mirabantur Iudaei dicentes·
Quomodo hic litteras scit·cum non didicerit·
Respondit eis Iesus et dixit·Mea doctrina non est mea·
sed eius qui misit me·Si quis uoluntatem eius uult
facere·cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit·an ego
a me ipso loquar·Qui a semetipso loquitur·gloriam
propriam quaerit·Qui autem quaerit gloriam eius qui
misit eum·hic uerax est·et iniustitia in illo non est·
Nonne Moyses dedit uobis legem·et nemo ex uobis
facit legem·Quid me quaeritis interficere·Respondit
turba et dixit·Daemonium habes·quis te quaerit
interficere·Respondit Iesus et dixit eis·Unum opus
feci·et omnes uos miramini propterea·Moyses dedit
uobis circumcisionem·non quia ex Moyse est·sed ex
patribus·et in sabbato circumcidis hominem·Si
circumcisionem accipit homo in sabbato·ut non
soluatur lex Moysi·mihi indignamini quia totum
hominem sanum feci in sabbato·Nolite iudicare
secundum faciem·sed iustum iudicium iudicate·
Dixerunt ergo quidam ex Hierosolymitis·Nonne hic
est quem quaerunt interficere·Et ecce palam loquitur·
et nihil ei dicunt·Numquid cognouerunt principes
uere quia hic est Christus·Sed hunc scimus unde sit·
Christus autem cum uenerit·nemo scit unde sit·
Clamabat ergo Iesus in templo docens et dicens·
Et me scitis·et unde sim scitis·et a me ipso non
ueni·sed est uerax qui misit me·quem uos nescitis·
Ego scio eum·quia ab ipso sum·et ipse me misit·
Quaerebant ergo eum apprehendere·et nemo misit in
illum manum·quia nondum uenerat hora eius·
De turba autem multi crediderunt in eum·et dicebant·
Christus cum uenerit·numquid plura signa faciet
quam quae hic facit·Audierunt pharisaei turbam
murmurantem de illo haec·et miserunt pontifices et
pharisaei ministros ut apprehenderent eum·Dixit ergo
Iesus·Adhuc modicum tempus uobiscum sum·et uado
ad eum qui me misit·Quaeretis me·et non inuenietis·
et ubi sum ego·uos non potestis uenire·Dixerunt ergo
Iudaei ad semetipsos·Quo hic iturus est·quia non
inuenimus eum·Numquid in dispersionem gentium
iturus est·et docturus gentes·Quis est hic sermo
quem dixit·Quaeretis me·et non inuenietis·et ubi
sum ego·uos non potestis uenire·In nouissimo autem
die magno festiuitatis stabat Iesus·et clamabat·
dicens·Si quis sitit·ueniat ad me·et bibat qui credit
in me·Sicut dixit Scriptura·flumina de uentre eius
fluent aquae uiuae·Hoc autem dixit de Spiritu quem
accepturi erant credentes in eum·Nondum enim erat
Spiritus datus·quia Iesus nondum erat glorificatus·
Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius·
dicebant·Hic est uere propheta·Alii dicebant·Hic est
Christus·Quidam autem dicebant·Numquid a Galilaea
Christus uenit·Nonne Scriptura dixit·Quia ex semine
Dauid·et de Bethlehem castello ubi erat Dauid·
uenit Christus·Dissensio ergo facta est in turba
propter eum·Quidam autem ex ipsis uolebant
apprehendere eum·sed nemo misit in illum manus·
Uenerunt ergo ministri ad principes sacerdotum et
pharisaeos·et dixerunt ad illos·Quare non adduxistis
illum·Responderunt ministri·Numquam sic locutus
est homo·sicut hic homo loquitur·Responderunt ergo
eis pharisaei·Numquid et uos seducti estis·Numquid
ex principibus aliquis credidit in eum·aut ex
pharisaeis·Sed turba haec quae non nouit legem·
maledicti sunt·Dicit Nicodemus ad eos·ille qui uenit
ad eum nocte·qui unus erat ex ipsis·Numquid lex
nostra iudicat hominem·nisi prius audierit ab ipso·
et cognouerit quid faciat·Responderunt et dixerunt
ei·Numquid et tu Galilaeus es·Scrutare Scripturas·
et uide quia a Galilaea propheta non surgit·Et
reuersi sunt unusquisque in domum suam·Iesus
autem perrexit in montem Oliueti·Et diluculo iterum
uenit in templum·et omnis populus ueniebat ad eum·
et sedens docebat eos·Adducunt autem scribae et
pharisaei mulierem in adulterio deprehensam·et
statuerunt eam in medio·et dixerunt ei·Magister·
haec mulier modo deprehensa est in adulterio·
Moyses autem in lege mandauit nobis huiusmodi
mulieres lapidare·Tu ergo quid dicis·Hoc autem
dicebant tentantes eum·ut possent accusare eum·
Iesus autem inclinans se deorsum·digito scribebat
in terra·Cum autem perseuerarent interrogantes eum·
erexit se·et dixit eis·Qui sine peccato est uestrum·
primus in illam lapidem mittat·Et iterum se inclinans
deorsum scribebat in terra·Illi autem audientes·et a
conscientia conuicti·exibant unus post unum·incipiens
a senioribus usque ad nouissimos·et remansit solus
Iesus·et mulier in medio stans·Erigens autem se
Iesus·dixit ei·Mulier·ubi sunt qui te accusabant·
nemo te condemnauit·Quae dixit·Nemo Domine·
Dixit autem Iesus·Nec ego te condemnabo·Uade·
et iam amplius noli peccare·Iterum ergo Iesus locutus
est eis·dicens·Ego sum lux mundi·Qui sequitur me·
non ambulat in tenebris·sed habebit lumen uitae·
Dixerunt ergo ei pharisaei·Tu de te ipso testimonium
perhibes·testimonium tuum non est uerum·Respondit
Iesus et dixit eis·Etiam si ego testimonium perhibeo
de me ipso·testimonium meum uerum est·quia scio
unde ueni et quo uadam·uos autem nescitis unde
ueniam aut quo uadam·Uos secundum carnem iudicatis·
ego non iudico quemquam·Et si iudico ego·iudicium
meum uerum est·quia solus non sum·sed ego et qui
misit me Pater·In lege autem uestra scriptum est·
quia duorum hominum testimonium uerum est·Ego
sum qui testimonium perhibeo de me ipso·et testimonium
perhibet de me qui misit me Pater·Dicebant ergo ei·
Ubi est Pater tuus·Respondit Iesus·Neque me scitis·
neque Patrem meum·Si me sciretis·forsitan et Patrem
meum sciretis·Haec uerba loquutus est Iesus in
gazophylacio docens in templo·et nemo apprehendit
eum·quia nondum uenerat hora eius·Iterum ergo
dixit eis Iesus·Ego uado·et quaeretis me·et in peccato
uestro moriemini·Quo ego uado·uos non potestis
uenire·Dicebant ergo Iudaei·Numquid occidet
semetipsum·quia dixit·Quo ego uado·uos non potestis
uenire·Et dicebat eis·Uos de deorsum estis·ego de
supernis sum·Uos de hoc mundo estis·ego non sum
de hoc mundo·Dixi ergo uobis quia moriemini in
peccatis uestris·Si enim non credideritis quia ego
sum·moriemini in peccatis uestris·Dicebant ergo ei·
Tu quis es·Dixit eis Iesus·Principium qui et loquor
uobis·Multa habeo de uobis loqui et iudicare·sed
qui misit me uerax est·et ego quae audiui ab eo·haec
loquor in mundo·Et non cognouerunt quia Patrem
eius dicebat·Dixit ergo eis Iesus·Cum exaltaueritis
Filium hominis·tunc cognoscetis quia ego sum·et a
me ipso facio nihil·sed sicut docuit me Pater·haec
loquor·et qui me misit mecum est·et non reliquit me
solum Pater·quia ego quae placita sunt ei facio semper·
Haec illo loquente·multi crediderunt in eum·Dicebat
ergo Iesus ad eos qui credebant ei Iudaeos·Si uos
manseritis in sermone meo·uere discipuli mei eritis·
et cognoscetis ueritatem·et ueritas liberabit uos·
Responderunt ei·Semen Abrahae sumus·et nemini
seruiuimus umquam·quomodo tu dicis quia liberi
eritis fieri·Respondit eis Iesus·Amen amen dico
uobis·quia omnis qui facit peccatum·seruus est
peccati·Seruus autem non manet in domo in
aeternum·filius autem manet in aeternum·Si ergo
filius uos liberauerit·uere liberi eritis·Sed scio quia
filii Abrahae estis·sed quaeritis me interficere·quia
sermo meus non capit in uobis·Ego quod uidi apud
Patrem meum loquor·et uos quae uidistis apud
patrem uestrum facitis·Responderunt et dixerunt ei·
Pater noster Abraham est·Dicit eis Iesus·Si filii
Abrahae essetis·opera Abrahae faceretis·Nunc autem
quaeritis me interficere·hominem qui ueritatem
uobis locutus sum quam audiui a Deo·Hoc Abraham
non fecit·Uos facitis opera patris uestri·Dixerunt
ergo ei·Nos ex fornicatione non sumus natiuitate·
unum patrem habemus Deum·Dixit ergo eis Iesus·
Si Deus pater uester esset·diligeretis utique me·
ego enim ex Deo processi et ueni·neque enim a me
ipso ueni·sed ille me misit·Quare loquelam meam
non cognoscitis·quia non potestis audire sermonem
meum·Uos ex patre diabolo estis·et desideria patris
uestri uultis facere·Ille homicida erat ab initio·et
in ueritate non stetit·quia non est ueritas in eo·
Cum loquitur mendacium·ex propriis loquitur·quia
mendax est et pater eius·Ego autem quia ueritatem
dico·non creditis mihi·Quis ex uobis arguet me de
peccato·Si ueritatem dico·quare uos non creditis mihi·
Qui ex Deo est·uerba Dei audit·Propterea uos non
auditis·quia ex Deo non estis·Responderunt Iudaei
et dixerunt ei·Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus
es tu et daemonium habes·Respondit Iesus·Ego
daemonium non habeo·sed honorifico Patrem meum·
et uos inhonorastis me·Ego autem non quaero gloriam
meam·est qui quaerat et iudicet·Amen amen dico
uobis·si quis sermonem meum seruauerit·mortem non
uidebit in aeternum·Dixerunt ergo Iudaei·Nunc
cognouimus quia daemonium habes·Abraham mortuus
est et prophetae·et tu dicis·Si quis sermonem meum
seruauerit·non gustabit mortem in aeternum·Numquid
tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est·
et prophetae mortui sunt·Quem te ipsum facis·
Respondit Iesus·Si ego glorifico me ipsum·gloria mea
nihil est·Est Pater meus qui glorificat me·quem uos
dicitis quia Deus noster est·et non cognouistis eum·
ego autem noui eum·Et si dixero quia non noui eum·
ero similis uobis mendax·sed scio eum·et sermonem
eius seruo·Abraham pater uester exultauit ut
uideret diem meum·uidit et gauisus est·Dixerunt ergo
Iudaei ad eum·Quinquaginta annos nondum habes·
et Abraham uidisti·Dixit eis Iesus·Amen amen dico
uobis·antequam Abraham fieret·ego sum·Tulerunt
ergo lapides ut iacerent in eum·Iesus autem abscondit
se·et exiit de templo·Et praeteriens Iesus uidit
hominem caecum a nativitate·Et interrogauerunt eum
discipuli eius dicentes·Rabbi·quis peccauit·hic aut
parentes eius·ut caecus nasceretur·Respondit Iesus·
Neque hic peccauit neque parentes eius·sed ut
manifestentur opera Dei in illo·Me oportet operari
opera eius qui misit me·donec dies est·Uenit nox·
quando nemo potest operari·Quamdiu in mundo sum·
lux sum mundi·Haec cum dixisset·exspuit in terram·
et fecit lutum ex sputo·et linuit lutum super oculos
eius·et dixit ei·Uade·lauare in natatoria Siloe·quod
interpretatur Missus·Abiit ergo·et lauit·et uenit
uidens·Uicini ergo et qui uidebant eum prius quia
mendicus erat·dicebant·Nonne hic est qui sedebat et
mendicabat·Alii dicebant·Quia hic est·Alii autem
dicebant·Nequaquam·sed similis est illi·Ille autem
dicebat·Quia ego sum·Dicebant ergo ei·Quomodo
apti sunt oculi tui·Respondit ille et dixit·Homo qui
dicitur Iesus lutum fecit·et unxit oculos meos·et
dixit mihi·Uade ad natatoriam Siloe·et lauare·
Abii ergo et lauatus sum·et uidi·Et dixerunt ei·
Ubi est ille·Ait·Nescio·Adducunt eum qui fuerat
caecus ad pharisaeos·Erat autem sabbatum in die
qua lutum fecit Iesus·et aperuit oculos eius·
Rursum ergo interrogabant eum et pharisaei quomodo
uidisset·Qui dixit eis·Lutum posuit super oculos meos·
et lauabar·et uideo·Ergo dicebant ex pharisaeis
quidam·Non est homo hic a Deo qui sabbatum non
custodit·Alii dicebant·Quomodo potest homo peccator
haec signa facere·Et dissensio erat in eis·Dicunt
caeco iterum·Tu quid dicis de illo·qui aperuit oculos
tuos·Dixit quia propheta est·Non credidit ergo
Iudaeus de illo quia caecus fuisset·et uidisset·donec
uocauerunt parentes eius qui uidisset·Et interrogauerunt
eos dicentes·Hic est filius uester·quem uos dicitis
quia caecus natus est·Quomodo ergo nunc uidet·
Responderunt parentes eius et dixerunt·Scimus quia
hic est filius noster·et quia caecus natus est·
Quomodo autem nunc uidet·nescimus·aut quis eius
aperuit oculos nos nescimus·Ipsum interrogate·aetatem
habet·ipse de se loquetur·Haec dixerunt parentes eius·
quoniam timebant Iudaeos·Iam enim conspirauerant
Iudaei·ut si quis eum confessus esset Christum·
extra synagogam fieret·Propterea parentes eius
dixerunt·Quia aetatem habet·ipsum interrogate·
Uocauerunt ergo iterum hominem qui fuerat caecus·
et dixerunt ei·Da gloriam Deo·Nos scimus quia hic
homo peccator est·Dixit ergo eis ille·Si peccator est·
nescio·Unum scio·quia cum caecus essem·modo uideo·
Dixerunt ergo ei·Quid fecit tibi·quomodo aperuit
oculos tuos·Respondit eis·Dixi uobis iam·et audistis·
quid iterum uultis audire·numquid et uos uultis
discipuli eius fieri·Maledixerunt ergo ei·et dixerun

&baptizabantur ℣ Nondumenimmissusfuerathn
carceremiohannes · Io · Factaestergoquestioexdis
cipulisiohannis cumiudaeisdepurificatione · &dixer
adiohannem &dixerunteī Rabbiquitfattecumtrans
iordanencuitestimoniumphibuisti · Eccehicbapti
zat &omnesueniuntadeum Respondetiohannes &
dixit · Nonpotestihomoaccipereequic quā · Nisieisfue
rit datumdecaelo Io ch ch Ipsuosmihitestimonium
phibetisquoddixerimegononsumxps · sedquiamis
sussumanteillum ℣ quihabetsponsamsponsusest ·
Amicusautemsponsiquistat&audittēum · gaudiogaudet
propteruocēmsponsi hocergogaudiummeumimple
tumest · Illumoportetcrescere · meautemminui ℣ quide
sursumuenit supraomneseſt · &qd uidit &audiuit
hoctestatur · &testimoniumeiusnemoacceptt · quae
cipiteiustestimonium signauitt quiadsueraxeſt ·
Quemenimmisitdsuerbadī loquitur · Nonenimad
mensuramdatdsspm ℣ Io Qui creditinfiliū hab&
uitamaeternam · quiautē Incredulusestfiliodinonu
debituitam ℣ sediradīmanetsupeum ℣ Utergocognouit
ihs quiaaudierunt phariseiquiaihs plurēsdiscipulos
facit &baptizatquamiohannes · quamquamihs nonbap
tizat &sēddiscipuliēius ch ch Io Et quodiohannes
traditusest && Io ch Reliquitiudaeam &habitittēū

XXII

In galileam

CUM AUTEM AUDISSET QUOD IOHANNES
traditus esset. secessit in galileam & relicta ciuitate nazareth · uenit & habitauit in capharnaum maritimam in fi
nibus zabulon & neptalim · Ut impleretur quod dictum
est per ysaiam prophetam / terra zabulon & neptalim uia
maris trans iordanen galileae gentium populus qui sedebat in tenebris lucem uidit magnam · & sedentibus in re
gione & umbra mortis · lux orta est eis ·

XXIII

ET CIRCUMIBAT IHS TOTAM GALILEAM docens
in synagogis eorum & predicans euangelium regni · &
nans omnem langorem & omnem infirmitatem in popu
lo · & abiit opinio eius in totam syriam · & obtulerunt
ei omnes male habentes uariis langoribus & tormentis
conprehensos · & quidaemoniacos & lunaticos
& paralyticos & curauit eos · Et secute sunt eum turbe
multe de galilea & decapoli & exhierosolymis & iudea
& de transiordanen · Et de tanebant illum ne discederet
ab eis · Quibus ille ait · Quia & aliis ciuitatibus oportet
me euangelizare regnum dei quia ideo missus sum

Et cum uidisset turbas · ascendit in montem Et cum sedis
set · uocauit ad se quos uoluit ipse · & uenerunt ad eum
& fecit ut essent duodecim cum illo ·

Quos & apostolos nominauit Symonem quem cogno

minauit petrum & andream fratrem eius. Iacobum
zebedei & iohannem fratrem iacobi quibus hs posuit
nomina. boanerges quod est filii tonitrui. philippū
autem & bartholomeum matheum & thomam. Iacobū
alphei. & simonem qui uocatur zelotes & iudā iacobi.
& iudam scariothe qui fuit proditor. Et accesserunt ad
eum discipuli eius Et eleuatis oculis in eos

Aperiens os suum docebat eos dicens

Beati pauperes spu. qm ipsorum est regnum caelorum
Beati mites. qm ipsi possidebunt terram
Beati qui luget. qm ipsi consolabuntur
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. qm ipsi saturabunt
Beati misericordes. qm ipsi misericordiā consequentur
Beati mundo corde. qm ipsi deum uidebunt
Beati pacifici. qm filii dei uocabuntur.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā
qm ipsorum est regnum caelorum

Beati estis cum maledixerint uobis & oderint uos homines
& persecuti fuerint. & dixerint omne malum aduersum uos
mentientes. Et cum separauerint uos & exprobrauerint.
& eiecerint nomen uestrum tamquam malum propter filium
hominis Gaudete in illa die & exultate qm merces uestra co
piosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos patres eorum

Le xpus fem. aut in
ut dieb; erat in mōte
oare [forma esb et orabat
et erat pernoctans in
i ore dei. Le xpus
et dies festus et uocauit
discipulos suos et elegit xii ex
ipis q̄s et apostolos nōauit si
mone et Le xpus et dei
cedēs cū illis stetit in loco
campestri et turba discipuloꝝ ei
et multitudo copiosa plebis
ab oī iudea et ierlm et
maritima tyri et sidonis q̄ ue
nerāt ut audirēt eū et sanarēt a
Le hanc pon
s. pauperes estote
ptes nē parentes
uexabāt a spūibus imdis et
bāt et multitudo q̄rebat eū
tangere q̄a uirtus de illo exibat et sa
nabat oēs.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque Carnegie de Reims

pluſquamſcribarum &phariſeorum · non intrabitis
in regnumcaelorum ·

xxvii
ch xxxv
x

AUDISTISQUIADICTUMESTANTIQUIS NON
occides · Quiautemoccideritreuſeritiudicio · Ego
autemdicouobis · Quiomniſquiirascitur fratriſuo
reuſeritiudicio · Quiautemdixeritfratriſuoracha
reuſeritconcilio · Quiautemdixeritfatue reuſeritt
gehennegnis ·

xxviii
ch xxxv
x

SIERGOOFFERESMUNUSTUUMADALTARE ·
&ibirecordatusfueriſquiafrater tuus habetaliquid
aduerſumte · relinqueibimunustuum adaltare &
depriusreconciliarifratrituo · &tunc ueniens offer
munustuum · Estoconſentiensaduerſariotuocitodu
eſinuiacumeo · nefortetradatteaduerſariusiudici ·
&iudextradatteminiſtro · &incarcerecommittaris ·
Amendicotibi · nonexiesinde donecreddasnouiſ
simumquadrantem ·

xxviii
ch xxxvii
x

AUDISTISQUIADICTUMESTANTIQUIS · NON
moechaberis · Egoautemdicouobis · quiomniſqui
ſcandalizatte eſtoculus &proiceabſte · Expeditenim
tibi utpereatunummembrorumtuorum · quāmtotū
corpustuumnmittatur ingehennam · Etſidextramanus
nos ſcandalizatte eſtoculus

scandalizatte · abscideeam & proiceabstę · Expedit
enimtibiutpereatunummembrorumtuorum quam
totumcorpustuumęatħgehannam ·
xxx
ꝯ Iē habudictum uisticra · qꝛ liey dimittē ħ n̄ n̄ ēt · m ·
ch xxxvii x DICTUMESTAUTEMQUICUMQUEDIMISERITUXORĒ
ꝯ Ptmissio fiunt n̄ p̄ceptū ꝯ n̄ solūo · ħ supplco
suamdetillilibellumrepudii · Egoautemdicouobis ·
quiaomnisquidimiserit uxoremsuamexceptafor
nicationiscausa · faciteammoechari · &quidimissā
ꝯ qꝛ debet mālē tiuptā ł nōm uitē
duxerit adulterat ·
xxxi Iēū
ch xxxvii x
ꝯ Iē ħ n̄ solūo legē ħ supplco
AUDISTISQUIADICTUMESTANTIQUIS NON
ꝯ legē facio a ꝑ turio dīm
perurabis · reddesautemdn̄ouŗamentatua · Egoautē
rate ꝓhibet.
dicouobis · Nonuŗareommno · neq; ꝑcaelum quiathro
nusdieſt · nequeꝑterrā · quiascabellumeſt pedumeius ·
S · epta iacobi ep
ulo
ꝯ qꝛ n̄ licꝫ ꝑ ea ꝑ ea · ħ qꝛ cuīe di deputata ;
ꝯ quis ad te n̄ magis uidet
neq; ꝓhierosolymam quiacuitaſtimagnirex ·
ꝑ n̄ tuū
neq; ꝑcaputtuum uŗaberis · quianonpoteſt unum ꝯapillum
u ꝯ q · d · dn̄i nr̄m · q ꝑ mālē facīēs ł ꝯ mu
op ꝫ ħ di · ri ꝫ
tādi ꝫ hīs ·
ꝯ n̄ nōtarii n̄ cogit · ꝙ facere ꝓhibet ·
minimis dm
albumfacereautniorum · Sitautemsermoeſter ·
iando ꝑmitti
ꝯ dr
loq; dooꝫ ſerē ꝫ de reg n̄ ꝯ qꝛ aliqn necē ł nūrare ꝫ paulus iurat
ſcē ꝓcel
eſt · eſt · non · non · Quodautemhis abundantiuseſt
ꝯ ꝓhy ad ꝓhi
licꝫ a malo fiat ꝯ n̄ qꝛ malū qꝛ ni bonū in nēiū · ħ a malo ł ħ tuo ·
dū iurādi tolli
amaloeſt · ħ illō aq̄ iurare cogis · i · ab ifirmitate ei q̄ ma
ocionē · ꝯ ut ſ
ꝯ ſ · reddꝫ
eiq; ſiāmē n̄
AUDISTISQUIADICTUMEST · OCULUMPROOCULO ·
recip ꝫ alioꝫ
ꝯ ꝑa ī oīgio
mitat id eiq̄ d
&dentempprodente · Egoautemdicouobis · Nonresiſte
iurata n̄ ex
q ꝑ am n̄ q̄ facim ꝯ Si reddidi retrib ꝑ mīb ħ n̄ ħ le ꝫ dedi mala
remalo · di · Le · Sedsiquiſte indexterammaxillātuam · ꝑ cussit
ꝯ ꝑcussio
illā ꝑ ꝯ tot erp̄ ad affligēd
prebeilli&alteram · &illiquivultecumiudicioconten
ł di ꝯ ne ꝫ nec̄das ·
dere · &tunicamtuamtollere · remittē&pallum ch
ꝯ n̄ solū tua ſn̄ abstinēde ħ ꝫ te ipm ei ꝑbe ꝫ ħ ꝫ ꝯ ibi ꝯ pallū ſa
Etquicumq; angariauerit millepassus · ităduecimultoalia
ceda
ꝯ ī ē ꝯ ꝫ ectōnē
duo · Quipetentitatedatī · &uolentemutuariate · ꝑa
S ad ro · xij ·
leuſt · xxxvij ·
S ad corint · i ·
xxvj ·
ꝓhilis ꝑ n̄ ō
dibꝫ q̄ alio
ꝯ dra ł ꝫ q̄ sine ira ut ꝑ
ī filiū ·
ꝯ ſ q̄ ꝑ ne ꝓhonestē
ꝑssit dari · si dr̄ factas
de alicu ubo ꝑ dolo ꝯ
ꝯ j h ꝫ ſ uīdicta n̄ ꝓhibet
q̄ fit ad correctōnē q̄
ꝫ ipa ꝑmitt ad mīe
n̄ ꝫ ꝑd ꝑ ōt mālūentiis
q ꝫ ħ accidit n̄ ei c ꝑ ſ ordie
ꝯ S̄ · ꝑa tolaꝫ n̄
del bnficiū · add · q · p ·
ꝯ dra ei q̄ fit honestē
ꝑssit dari · si dr̄ factas
de alicu ubo ꝑ dolo ꝯ
ꝯ j h ꝫ ſ uīdicta n̄ ꝓhibet
q̄ fit ad correctōnē q̄
ꝫ ipa ꝑmitt ad mīe
n̄ ꝫ ꝑd ꝑ ōt mālūentiis
q ꝫ ħ accidit n̄ ei c ꝑ ſ ordie
ꝯ S̄ · ꝑa tolaꝫ n̄
del bnficiū · add · q · p ·
xxxii
ch xxxvii x
Le Liii
le · ab eo quiaufert tuniqā t
uestimentū · etiā tunicā nolī
ꝓhibe · omī auē petēti te tribu
e · ꝫ q̄ auferē
ch xxxviii
q̄ tua ſit · ne repetas ·
ꝯ ꝫ q̄ ꝑ n̄ ōa tolaꝫ n̄
del bnficiū · add · q · p ·
ꝯ dra ei q̄ fit honestē
ꝑssit dari · si dr̄ factas
de alicu ubo ꝑ dolo ꝯ
ꝯ j h ꝫ ſ uīdicta n̄ ꝓhibet
q̄ fit ad correctōnē q̄
ꝫ ipa ꝑmitt ad mīe
n̄ ꝫ ꝑd ꝑ ōt mālūentiis
q ꝫ ħ accidit n̄ ei c ꝑ ſ ordie

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque Carnegie de Reims

uertatis Lc dh Et quia ipse est benignus super ingratos et malos. Estote ergo misericordes sicut et

taf dh Lc Et prout uultis ut faciant uobis homines ita

facite illis similiter dh Lc

xxxiii

AUDISTIS QUIA DICTUM EST DILIGES PROXIMUM

tuum & odio habebis inimicum tuum Ego autem dico uob

Diligite inimicos uros benefacite his qui uos oderunt

& orate pro persequentibus & calumpniantibus uos ut

sitis filii patris uestri qui in caelis est qui solem suum ori

ritur facit super malos & bonos & pluit super iustos & iniustos

dh Lc Si enim diligitis eos qui uos diligunt quam mercedem

habebitis Nonne & publicani hoc faciunt Lc Et si be

nefeceritis eis qui bene uobis faciunt quae uobis est

gratia siquidem & peccatores hoc faciunt Et si mu

tuum dederitis his a quibus sperastis recipere quae gratia

est uobis Nam & peccatores peccatoribus foenerantur

ut recipiant aequalia dh Et si aliquando iratus furore stan

tum Nonne & hoc ita facit dh Lc

Verumtamen diligite inimicos uros & benefacite & mu

tuum date nihil inde sperantes & erit merces uestra

multa & eritis filii altissimi quia ipse benignus est super

ingratos & malos Estote ergo misericordes sicut & pater

uester misericors est dh Estote ergo uos perfecti sicut &

hominis manducans & bibens & dicunt · Ecce homo uo
rax & potator uini publicanorum & peccatorum amicus ·
& iustificata est sapientia a filiis suis dh Le

LXVI

IUNCC OEPIT EXPROBRARE CIUITATIB; IN QUIBUS
factae sunt plurimae uirtutes eius · quia non egissent pae
nitentiam · Uae tibi chorazain · uae tibi bethsaida dh Le
Cuntarib; gentiū qui diabol uexator i agra reprouū ephēs
quae sunt tyro & sidone factae fuissent uirtutes quae fac
tae sunt in uobis olim in cilicio & cinere paenitentiam
egissent · Uerum tamen dico uobis tyro & sidoni re-
missius erit in die iudicii quam uobis · Et tu capharnaū
quid usque in caelum exaltaberis usque in infer
num descendes · Quia si in sodomis facte fuissent uirtu
tes quae factae sunt in te forte mansissent usque in hunc

ꝯ malos ſp̃s erce ⁊ alios utriculos face aligñ n̄ ⁊ mittū ei q̄ illa opet. ſi uultis nos, ⁊ hi agric dñi
nationē eoꝝ q̄ inuocat. t ad utilitatē eoꝝ q̄ uidet ⁊ audiūt. ut hi hoc despiciāt signa
facientes. dñm tn honorāt ad cuꝰ inuocationē mirackl fiūt. Plebent ꝙ gaude de humiatione
diabli q̄ pp superbiā cecidit. ſi gaudeāt de sua sublimatione. ⁊t uñ illi cecidert sublimati
isti ascēdāt huiusmi

diem. Uerumtamen dico uobis quia terrae sodomorū
ſp̃ minus dicta
remissius erit in die iudicii quam tibi ch Lc
ſhui ad urbē ad locū uñ exeūt stulticia reuertit. do ſp̃ ꝙ refertur sup his q̄ acceperat.

Lxvii
ch Lxi
Lc viii xci

EIC CUM EUENISSENT AUTEM SEPTUAGINTA DUO HYMNUNTII

ch Lxii x

uerunt et omnia quaecumque fecerant & docuerant
ſne malus g sēnarius
ch Et ait illis uenite seorsum in desertum locum & re
ſhebius rectel ſigs. labor
quiescite pusillum. Erant enim qui uenie bant & multi
ſfelix labor decētiū ſp̄ n̄dū quies hui.
nec manducandi spatium habebant

Lxviii
Lc cvii x

POST HAEC AUTEM DESIGNAUIT DN̄S ET ALIOS LXXII

& misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem
& locum quo erat ipse uenturus & dicebat illis ch ch Lc 10
quui uos audit me audit. & qui uos spernit. me spernit.
ſdeus ede filiū di ſqui ego ꝙ uñ sum.
qui autem me spernit. spernit eum qui me misit Lc Reuer
ſq̄ in lege nō
sisunt autem LXXII cum gaudio dicentes Dne & iam de
fuit
monia subiciuntur nobis in nomine tuo. & ait illis.
ſui qñ corruit ꝑfect̄ eā ſ ita ꝑpetuē de supne ad ima lapsū. t sic E. q̄ dicēt adſtāt
Uidebam satanan sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce formam se i am
glim lucas.
ſq̄ dece apte legit ſd cau
dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scor
da clā ifidiāt
piones: & super omnem uirtutem inimici & nihil uobis no
22
cebit. Uerumtamen in hoc nolite gaudere. quia spūs
ſq̄ mūdo uti debeāt
uobis subiciuntur. Gaudete autem quod nomina uestra
ſp̄ humilitatē fidē mee le so
scripta sunt in caelis ch Lc in ipsa hora exultauit spū sco
ſorat ago inte ereo. ſp̄ meus ſlubat. ſm pri ſ errorē sacīmq̄ mei ad
& dixit. Confiteor tibi pater domine caeli & terrae quia abscon
ſcēbis ⁊ phas
disti haec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea par
ſq̄ exaltare
uulis. ſ placuit ſcīs ñr̄ ds in p̄q̄ico placuit ꝑ
uulis & iam pater quia sic fuit placitum ante te ch Lc 10
ſ ꝙd dna ſtr hic
le scit q̄ ſ tr filiꝰ
Omnia mihi tradita sunt a patre meo: & nemo nouit filium ch Lc 10
bis. ſ. p humilitatē fidei in
lo. ōia q̄cq; hr p̄r mea ſc. Jd xxv. p̄r dūg filiū noīa dedit i manu ei.
me

¶ Jugo eius suauis. & onus meum leue est. Le Sic ille ÷ in Zacharia ii in a euāgelica lra. Ser q̄ p me heres accepit

nisi pater. Le ihū pat̄ nr̄i. neque patrem quis nouit nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. & conuersus ad discipulos suos dixit. Uenite ad me

¶ Credo. ¶ Credo ¶ Offertorium ¶ Precor et iugo legis ¶ In nr̄i ihū nomē

omes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos & discite a me quia mitis

¶ Super ¶ Communio ¶ Sanctus ¶ Agnus dei ¶ Pax dei

sum & humilis corde & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est. & onus meum leue

¶ Ad ablucionem manuum

est. Le Si quis uenit ad me & non odit patrem suum & matrem. & uxorem & filios. & fratres & sorores. Adhuc

¶ Communio

autem & animam suam non potest esse meus discipulus. & qui non baiulat crucem suam & uenit post me. non potest

¶ Ad complendum

esse meus discipulus. Le Quis enim ex uobis uolens turrem

¶ Postcommunio

¶ Oratio

aedificare non sedens prius computat sumptus qui necessarii sunt si habet ad perficiendum. ne posteaquam posuerit

¶ Fidei. ¶ Hanc oblationem ad consummationem operis quam uouimus tibi

fundamentum & non potuerit perficere omnes qui uidebant

¶ Ad aliquos tps ymaginis

incipiant illudere ei dicentes. quia hic homo coepit aedificare & non potuit consummare. Aut quis rex iturus

committere bellum aduersus alium regem non sedens prius

¶ Si ad illud se quis ex ipsis occupauerit. ¶ Placeat

uis cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum

xx milibus uenit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente

expectare.

legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. Le ch

Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae

possidet non potest meus esse discipulus. Le ch ch

ch in illo tempore ch ——tus Cum audirent

EIEACTUM EST IN SABBATO SECUNDO HNMO

ch cepit pgere uerbum istud

cum transirent ihs per sata uellebant spicas discipuli ei

Le clxxxiiij
ch xcvi
LXVIIII
L xli
ch cxiij
ch xxiij

Le stabat ad
hoc mirtre &c.
& ihūs dixit ad illos

Le clxxxv
ch xcvi
Le clxxxvi
ch. q̄ amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus. & q̄ amat filium aut filiam super me non est me dignus.

Le clxxxvii
ch hec
¶ Quis ex uobis uolens turrem edificare non sedens prius computat sumptus qui necessarii sunt si habet ad perficiendum

Le clxxxviij
ch hec
¶ Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum xx milibus uenit ad se

Le clxxxix
ch hec
¶ Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt

Le cxc
ch hec
¶ Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus

Le cxci
ch hec
¶ Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores ut audirent illum

Le cxcii
ch hec
¶ Et murmurabant pharisei et scribae dicentes quia hic peccatores recipit et manducat cum illis

Le cxciij
ch hec
¶ Ait autem ad illos parabolam hanc dicens quis homo ex uobis habens centum oues et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonaginta nouem in deserto et uadit ad illam quae perierat donec inueniat eam

Le cxciiij
ch hec
¶ Et cum inuenerit imponit in humeros suos gaudens et ueniens domum conuocat amicos et uicinos dicens illis congratulamini mihi quia inueni ouem meam quae perierat

Le cxcv
ch hec
¶ Dico uobis quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore paenitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent paenitentia

Le cxcvi
ch hec
¶ Aut quae mulier habens decem dragmas si perdiderit unam dragmam nonne accendit lucernam et uerrit domum et quaerit diligenter donec inueniat

Le cxcvii
ch hec
¶ Et cum inuenerit conuocat amicas et uicinas dicens congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdideram

Le cxcviij
ch hec
¶ Ita dico uobis gaudium fit coram angelis dei super uno peccatore paenitentiam agente

Le cxcix
ch hec
¶ Dixit autem homo quidam habebat duos filios et dixit adolescentior ex illis patri pater da mihi portionem substantiae quae me contingit

Le cc
ch hec
¶ Et diuisit illis substantiam non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam

Le cci
ch hec
¶ Et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose postquam autem omnia consumpsit facta est fames ualida in regione illa et ipse coepit egere

Le ccii
ch hec
¶ Et abiit et adhesit uni ciui regionis illius misit illum in uillam suam ut pascat porcos

Le cciij
ch hec
¶ Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant et nemo illi dabat

Le cciiij
ch hec
¶ In se autem reuersus dixit quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo

Le ccv
ch hec
¶ Surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi pater peccaui in caelum et coram te

Le ccvi
ch hec
¶ Iam non sum dignus uocari filius tuus fac me sicut unum de mercenariis tuis

Le ccvii
ch hec
¶ Et surgens uenit ad patrem suum cum autem adhuc longe esset uidit illum pater eius et misericordia motus est

Le ccviij
ch hec
¶ Et accurrens cecidit super collum eius et osculatus est eum

Le ccix
ch hec
¶ Dixit autem filius pater peccaui in caelum et coram te iam non sum dignus uocari filius tuus

Le ccx
ch hec
¶ Dixit autem pater ad seruos suos cito proferte stolam primam et uestite illum et date annulum in manum eius et calciamenta in pedes eius

Le ccxi
ch hec
¶ Et adducite uitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur

Le ccxii
ch hec
¶ Quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est et coeperunt epulari

Le ccxiij
ch hec
¶ Erat autem senior filius eius in agro et cum ueniens appropinquasset domui audiuit symphoniam et chorum

Le ccxiiij
ch hec
¶ Et uocauit unum de seruis interrogauit quae haec essent

Le ccxv
ch hec
¶ Ipse autem dixit illi quia frater tuus uenit et occidit pater tuus uitulum saginatum quia salua illum recepit

Le ccxvi
ch hec
¶ Indignatus autem est et nolebat introire pater ergo illius egressus coepit rogare illum

Le ccxvii
ch hec
¶ At ille respondens dixit patri ecce tot annis seruio tibi et nunquam mandatum tuum praeterii et nunquam dedisti mihi hedum ut cum amicis meis epularer

Le ccxviij
ch hec
¶ Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit occidisti illi uitulum saginatum

Le ccxix
ch hec
¶ At ille dixit illi fili tu mecum es semper et omnia mea tua sunt

Le ccxx
ch hec
¶ Epulari autem et gaudere oportebat quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque Carnegie de Reims

Custa una ii ppendeos: ſ; ſiptel ebol qiere. ſſn; ſ; fco
ad mch; ad̄ iſtruṁ. ii ut tabbm ii ad lra. ſ; ſpuale
ſtill'igam

Dagna ÷ q̄ hoſpta
tatis ī aīo ꝓpito
helo mortal ii dol
ar hoſpīe aīus da
dotis. ſ; nos debe
a alīa ꝓcta
ſ tillre. ſ; ꝙ uſtra
ad hoſpicio mētis
ꝓcto mortis ue
exclude sacdotes.

spicas & manducabant confricantes manibus. quidam
autem pharisæorum dicebant illis. quid facitis quod non ſ ꝓ ꝓhib legis
ii licz eis facē sabbis. ſſ de uinea t fruge uiam licz ede ſ; ii falcē mittē. t foras ecce
licet in sabbatis. & respondens ihs ad eos dixit ſ nec hoc
legistis quod fecit dauid cum esuisset ipse & qui cum eo
erant quomodo intrauit in domum dei & panes propo
sitionis assumpsit & manducauit & dedit his qui cum eo
erant quos non licebat eis manducare. nisi solis sacerdotib;
& dicebat illis. Autem dñs lē sabbi
sacerdotes in templo sabbatum uiolant
sunt. dico autem uobis quia templo maius hic
Sabbatum propter hominem factum ÷ & non homo propt
sabbatum

ET FACTUM EST AUTEM IN ALIO SABBATO UT INTRARET
in synagogam & doceret & erat ibi homo & manus eius dex
tera aridа. Observabant autem scribe & pharisei si in sab
bato curaret ut inuenirent accusare illum. Ipse uero
sciebat cogitationes eorum. & ait homini qui habebat
manum aridam. surge & sta in medium. & surgens stetit
Ait autem ad illos ihs. Interrogo uos si licet sabbato bene facere
re animam saluam facere an perdere. At illi tace
bant. & circumspectis omnibus dixit homini. extende
manum tuam. & extendit. & restituta est manus eius
sanitati sicut & altera. & dixit ad eos. quis erit ex uob
homo qui habeat ouem unam & si ceciderit hec sabbatis

¶ Infructuose debitas aīe. nullo meto odne
curat q̄ demolinar largitate. vñ ñ sit
man rua ad accipiēd̄ porrecta. z ad dandū
collecta. ꝙ fructꝰ z pcūl rogatur man
ad dm extendit. q hal ad pauper z posse ñ
extendit

ch ea ch eare sabbi ꝓ facerq
ch nēcare hīc
ch sub abiata ꝓncipe sacdoꝝ
ch nec; est q̄ eo erat
ch si luc; sabbt ſ curare
ſ Expedit. ſ. i. hoc curare
ſ. i. saluā a pdite ñ face
ch. ſ. ꝓsperet ē ita. z restaret sup ceteros ē cordis eoꝝ
ſ q̄ emē acquerat lucris bonis
ſ Dies. tam. ſ ecclē. pcos ecclē. z die
una lege ser
uat. ſ. sabbm
destruit
ch Si aū scirent q̄ ꝓ mia uolo. z
a facient. ñ q̄ condemnassent innocentes
dñs ÷ ut filius hois
sabbi.
ſ a
ſ ii
ſ a
ſ iiii
ſ a
ſ iiii
ch ꝙ ait
ch ꝙ dicebat
ch ꝙ le Jhāq; dñs ; filius hois ī sabbi. ſ p ; ñ sub; uetī
ch le sabbo ꝓmos una dō ÷
le ꝙ dicebat
barpye.
ch xxv
ch xxvi
ch xxvii
Lxx
le xlii
ch xxvi
ch xxvii
ch xxvii
ſ q. trac ad ob
nutrescētib;
extende ad pau
pēm. extēde ad
pēm ignes. vi
ue pdiū feras
extende ad dm p
cēs tuos.

Cōperiri ge solui q̄onē ut eos ossēdat sabbm uiolare t ope carpentarius

in fouea. Nonne tenebit & leuabit eam. quanto ma

gis melior est homo aue. Ideoq licet sabbato benefa

cere. Le Ipsi autē repleti sunt insipientia. & collo q̄

bantur ad inuicem quidnam facerent ihū. Ihesus

sciens secessit inde & secuti sunt eum turbe. & curauit

eos omnes. & p̄coepit eis ne manifestum eum facerent.

ut adimpleretur quod dictum est p̄ esaiam prophetam

dicentem. Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in

quo bene complacuit anime meae. ponam spūm meū

super eum & iudicium gentibus nuntiabit. Non con

tendet neque clamabit neq audiet aliquis in plateis

uoce meus. harundinem quassatam non confringet

& linum fumigans non extinguet. donec eiciat ad victo

riam iudicium & in nomine eius gentes sperabunt

Le Dixit autem ihesus discipulis suis parabolam hanc

Homo quidam habebat duos filios. & accedens ad

primum dixit. fili uade hodie operare in uinea mea.

Qui respondens ait. nolo. Postea autem pēnitentia

motus abiit. Accedens autem ad secundum dixit

similiter. Qui respondens ait. eo domine. & non ibat.

Quis ex duobus fecit uoluntatem patris. Dicunt ei.

primus. Dicit illis ihesus. Amen dico uobis quia

publicani & meretrices precedunt uos in regnum dei.

Venit enim ad uos iohannes in uia iustitie & non

credidistis ei. publicani autem & meretrices credi

derunt ei. Vos autem uidentes nec pēnitentiam habuistis

postea ut credatis illi. Aliam parabolam audite

homo erat paterfamilias qui plantauit uineam

& sepem circumdedit ei & fodit in ea torcular

& edificauit turrim & locauit eam agricolis & peregre

profectus est. Cum autem tempus fructuum appro

pinquasset misit seruos suos ad agricolas ut acci

perent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis

eius alium ceciderunt alium occiderunt alium lapi

dauerunt. Iterum misit alios seruos plures quam

primi & fecerunt illis similiter. Nouissime autem

misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium

meum. Agricole autem uidentes filium dixerunt

intra se. Hic est heres uenite occidamus eum &

habebimus hereditatem eius. Et apprehendentes

eum eiecerunt extra uineam & occiderunt. Cum

ergo uenerit dominus uineae quid faciet agricolis illis

Ait illi. Malos male perdet & uineam locabit alijs

agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis.

Et dicit ihesus. Numquam legistis in scripturis

lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus

est in caput anguli. A domino factum est istud &

est mirabile in oculis nostris. Propterea dico uobis

quia auferetur a uobis regnum dei & dabitur genti

facienti fructus eius. Et qui cecidit super lapidem

istum confringetur. super quem autem ceciderit

conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum

& pharisei parabolas eius cognouerunt quod de

ipsis diceret. Et querentes eum timuerunt turbas

quoniam sicut prophetam illum habebant.

Respondens autem ihesus iterum dixit in parabolis

dicens. Simile factum est regnum celorum homini

regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos

uocare inuitatos ad nuptias & nolebant uenire.

Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis

ecce prandium meum parauit tauri mei & altilia

occisa sunt & omnia parata uenite ad nuptias.

Illi autem neglexerunt abierunt alius quidem in

villam suam alius uero ad negotiationem suam.

Reliqui uero tenuerunt seruos eius & contume

liis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset

iratus est & mittens exercitus suos perdidit homi

cidas illos & ciuitatem illorum succendit. Tunc

dicit seruis suis. Nuptiae quidem parate sunt sed

qui uocati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad

exitus uiarum & quotquot inueneritis uocate ad

nuptias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt

omnes quos inuenerunt malos & bonos & impletae

sunt nuptiae discumbentium. Intrauit autem rex

ut uideret discumbentes & uidit ibi hominem non

uestitum ueste nuptiali & ait illi. Amice quomodo

huc intrasti non habens uestem nuptialem. At ille

obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus

& pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores

ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt

uocati pauci uero electi.

Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt ut

capiant eum in sermone. Et mittunt ei discipulos

suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia

uerax es & uiam dei in ueritate docens & non est

tibi cura de quoquam non enim respicis personam

hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur licet

censum dare cesari an non. Cognita autem ihesus

nequitia eorum ait. Quid me temptatis hypocrite

Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt

ei denarium. Et ait illis. Cuius est imago hec &

superscriptio. Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis.

Reddite ergo que sunt cesaris cesari & que sunt dei

deo. Et audientes mirati sunt & relicto eo abierunt.

In illo die accesserunt ad eum sadducei qui dicunt

non esse resurrectionem & interrogauerunt eum

dicentes. Magister moyses dixit si quis mortuus fuerit

non habens filios ut ducat frater eius uxorem illius

& suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos

septem fratres & primus uxore ducta defunctus est

& non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo.

Similiter secundus & tertius usque ad septimum.

Nouissime autem omnium defuncta est & mulier.

In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor

omnes enim habuerunt eam. Respondens autem

ihesus ait illis. Errate nescientes scripturas neque

uirtutem dei. In resurrectione enim neque nubent

neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo.

De resurrectione autem mortuorum non legistis

quod dictum est a deo dicente. Ego sum deus abraham

& deus isaac & deus iacob. Non est deus mortuorum

sed uiuorum. Et audientes turbe mirabantur in

doctrina eius. Pharisei autem audientes quia silen

tium imposuisset sadducaeis conuenerunt in unum

& interrogauit unus ex eis legis doctor temptans

eum & dicens. Magister quod est mandatum magnum

in lege. Ihesus autem dixit illi. Diliges dominum

deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua

& in tota mente tua. Hoc est maximum & primum

mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges

proximum tuum sicut teipsum. In his duobus

mandatis uniuersa lex pendet & prophete. Congre

gatis autem pharisaeis interrogauit eos ihesus dicens

Quid uobis uidetur de christo cuius filius est. Dicunt

ei. dauid. Dicit eis. Quomodo ergo dauid in spū

uocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino

meo. sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos

scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid uocat eum

dominum quomodo filius eius est. Et nemo poterat

ei respondere uerbum neque ausus fuit quisquam

ex illa die amplius eum interrogare.

Tunc ihesus turbis & discipulis suis locutus est

dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe &

pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint uobis

seruate & facite secundum uero opera eorum nolite

facere. Dicunt enim & non faciunt. Alligant enim

onera grauia & importabilia & imponunt in humeros

hominum digito autem suo nolunt ea mouere.

Omnia autem opera sua faciunt ut uideantur ab

hominibus. Dilatant enim fimbrias & magnificant

crassamenta uestimentorum suorum. Amant autem

primos recubitus in cenis & primas cathedras in

synagogis & salutationes in foro & uocari ab hominibus

rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi. Unus enim est

magister uester. Omnes autem uos fratres estis.

Et patrem nolite uocare uobis super terram. Unus

enim est pater uester qui in celis est. Neque uocemini

magistri quia magister uester unus est christus.

Qui maior est uestrum erit minister uester. Quicumque

autem se exaltauerit humiliabitur & qui se humi

liauerit exaltabitur.

Vae autem uobis scribe & pharisei hypocrite quia

clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim

non intratis nec introeuntes sinitis intrare. Vae

uobis scribe & pharisei hypocrite quia deuoratis

domos uiduarum orantes prolixe. Propterea amplius

accipietis iudicium. Vae uobis scribe & pharisei

hypocrite quia circuitis mare & aridam ut faciatis

unum proselytum & cum fuerit factus facitis eum

filium gehenne duplo quam uos. Vae uobis duces

cecorum qui dicitis. Quicumque iurauerit per templum

nichil est. Qui autem iurauerit in auro templi debet.

Stulti & cecy. Quid enim maius est aurum an templum

quod sanctificat aurum. Et quicumque iurauerit in

altari nichil est. Quicumque autem iurauerit in dono

quod est super illud debet. Cecy. Quid enim maius

est donum an altare quod sanctificat donum. Qui

ergo iurauerit in altari iurat in eo & in omnibus

que super illud sunt. Et qui iurauerit in templo

iurat in illo & in eo qui habitat in templo. Et qui

iurauerit in celo iurat in throno dei & in eo qui

sedet super eum. Vae uobis scribe & pharisei hypocrite

quia decimatis mentam & anetum & cyminum &

reliquistis que grauiora sunt legis iudicium & mise

ricordiam & fidem. Hec autem oportuit facere &

illa non omittere. Duces cecy excolantes culicem

camelum autem glutientes. Vae uobis scribe & pharisei

hypocrite quia mundatis quod de foris est calicis &

catini. Intus autem pleni estis rapina & immundicia.

Fac primum pharisee quod intus est calicis & catini

ut fiat quod foris est mundum. Sicut dealbatis

sepulchris que foris parent hominibus speciosa intus

autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia.

Sic & uos a foris quidem paretis hominibus iusti

intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

Vae uobis scribe & pharisei hypocrite quia edificatis

sepulchra prophetarum & ornatis monumenta iustorum

& dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum

non essemus socii eorum in sanguine prophetarum.

Itaque testimonium perhibetis uobis metipsis quia

filii estis eorum qui occiderunt prophetas. Et uos

implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes

genimina uiperarum quomodo fugietis a iudicio

gehenne. Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas &

sapientes & scribas. Et ex illis occidetis & crucifigetis

& ex eis flagellabitis in synagogis uestris & persequemini

de ciuitate in ciuitatem. Ut ueniat super uos omnis

sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine

abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie

quem occidistis inter templum & altare. Amen dico

uobis uenient hec omnia super generationem istam.

Ierusalem ierusalem que occidis prophetas & lapidas

eos qui missi sunt ad te quotiens uolui congregare

filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos

suos sub alas & noluisti. Ecce relinquetur uobis

domus uestra deserta. Dico enim uobis non me

uidebitis amodo donec dicatis benedictus qui uenit

in nomine domini.

Et egressus ihesus de templo ibat. Et accesserunt

discipuli eius ostendere ei edificationes templi. Ille

autem respondens dixit illis. Videte omnia hec nonne

ita dico uobis non relinquetur hic lapis super lapidem

qui non destruatur. Sedente autem eo super montem

oliueti accesserunt ad eum discipuli seorsum dicentes.

Dic nobis quando hec erunt & quod signum aduentus

tui & consummationis seculi. Et respondens ihesus

dixit eis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim

uenient in nomine meo dicentes. Ego sum christus

& multos seducent. Audituri autem estis proelia &

opiniones proeliorum. Videte ne turbemini. Oportet

enim hec fieri sed nondum est finis. Surget enim

gens contra gentem & regnum aduersus regnum &

erunt pestilentie & fames & terremotus per loca.

Hec autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent

uos in tribulationem & occident uos & eritis odio

omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc

scandalizabuntur multi & inuicem tradent & odio

habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgent

& seducent multos. Et quoniam habundauit iniquitas

refrigescet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit

usque in finem hic saluus erit. Et predicabitur hoc

euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium

omnibus gentibus & tunc ueniet consummatio.

Cum ergo uideritis abhominationem desolationis

que dicta est a daniele propheta stantem in loco

sancto qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt

fugiant ad montes. Et qui in tecto non descendat

tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non

reuertatur tollere tunicam suam. Vae autem pregnantibus

& nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non

fiat fuga uestra hieme uel sabbato. Erit enim tunc

tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi

usque modo neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies

illi non fieret salua omnis caro sed propter electos

breuiabuntur dies illi. Tunc si quis uobis dixerit

ecce hic est christus aut hic ecce illic nolite credere.

Surgent enim pseudochristi & pseudoprophete &

dabunt signa magna & prodigia ita ut in errorem

inducantur in potestate etiam electi. Ecce predixi

uobis. Si ergo dixerint uobis ecce in deserto est

nolite exire. Ecce in penetralibus nolite credere.

Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret usque in

occidentem ita erit & aduentus filii hominis. Ubicumque

fuerit corpus illic congregabuntur aquile. Statim

autem post tribulationem dierum illorum sol obscura

bitur & luna non dabit lumen suum & stelle cadent

de celo & uirtutes celorum mouebuntur. Et tunc

parebit signum filii hominis in celo & tunc plangent

omnes tribus terre & uidebunt filium hominis uenientem

in nubibus celi cum uirtute multa & maiestate.

Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna &

congregabunt electos eius a quatuor uentis a summis

celorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem

fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener

fuerit & folia nata germinauerint scitis quia prope

est estas. Ita & uos cum uideritis hec omnia scitote

quia prope est in ianuis. Amen dico uobis quia non

praeteribit generatio hec donec omnia hec fiant.

Celum & terra transibunt uerba autem mea non

praeteribunt. De die autem illa & hora nemo scit

neque angeli celorum nisi solus pater. Sicut autem

in diebus noe ita erit & aduentus filii hominis.

Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes

& bibentes uxores ducentes & nubentes usque ad

eum diem quo intrauit noe in arcam & non cognouerunt

donec uenit diluuium & tulit omnes sic erit & aduentus

filii hominis. Tunc duo erunt in agro unus assumetur

& unus relinquetur. Due molentes in mola una

assumetur & una relinquetur. Vigilate ergo quia

nescitis qua hora dominus uester uenturus sit.

Illud autem scitote quod si sciret paterfamilias

qua hora fur uenturus esset uigilaret utique & non

sineret perfodi domum suam. Ideo & uos estote

parati quia qua hora non putatis filius hominis

uenturus est. Quis putas est seruus fidelis & prudens

quem constituit dominus super familiam suam ut

det illis escam in tempore. Beatus ille seruus quem

cum uenerit dominus inuenerit sic facientem. Amen

dico uobis quia super omnia bona sua constituet

eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo

moram facit dominus meus uenire & cepit percutere

conseruos suos manducet autem & bibat cum ebriosis

ueniet dominus seruo illius in die qua non sperat &

hora qua ignorat & diuidet eum partemque eius

cum hypocritis ponet. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Tunc simile erit regnum celorum decem uirginibus

que accipientes lampades suas exierunt obuiam

sponso & sponse. Quinque autem ex eis erant fatue

& quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis

lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes

uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus.

Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes

& dormierunt. Media autem nocte clamor factus est

ecce sponsus uenit exite obuiam ei. Tunc surrexerunt

omnes uirgines ille & ornauerunt lampades suas.

Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de

oleo uestro quia lampades nostre extinguuntur.

Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non

sufficiat nobis & uobis ite potius ad uendentes &

emite uobis. Dum autem irent emere uenit sponsus

& que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias

& clausa est janua. Nouissime autem ueniunt &

reliquae uirgines dicentes. Domine domine aperi

nobis. At ille respondens ait. Amen dico uobis nescio

uos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam.

Sicut homo peregre proficiscens uocauit seruos suos

& tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta

alii autem duo alii uero unum unicuique secundum

propriam uirtutem & profectus est statim. Abiit

autem qui quinque talenta acceperat & operatus est

in eis & lucratus est alia quinque. Similiter qui duo

acceperat lucrifecit alia duo. Qui autem unum acceperat

abiit fodit in terra & abscondit pecuniam domini

sui. Post multum autem temporis uenit dominus

seruorum illorum & posuit rationem cum eis. Et

accedens qui quinque talenta acceperat obtulit alia

quinque talenta dicens. Domine quinque talenta

tradidisti mihi ecce alia quinque lucratus sum

super ea. Ait illi dominus eius. Euge serue bone &

fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te

constituam intra in gaudium domini tui. Accedens

autem & qui duo talenta acceperat ait. Domine duo

talenta tradidisti mihi ecce alia duo lucratus sum

super ea. Ait illi dominus eius. Euge serue bone &

fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te

constituam intra in gaudium domini tui. Accedens

autem & qui unum talentum acceperat ait. Domine

scio te quia homo austerus es metis ubi non seminasti

& congregas ubi non sparsisti. Et timens abii &

abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod

tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei.

Serue male & piger sciebas quia meto ubi non semino

& congrego ubi non sparsi. Oportuit ergo te mittere

pecuniam meam nummulariis & ego uenissem utique

recepissem quod meum est cum usura. Tollite itaque

ab eo talentum & date illi qui habet decem talenta.

Omni enim habenti dabitur & abundabit. Ei autem

qui non habet & quod uidetur habere auferetur ab

eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores

ibi erit fletus & stridor dentium.

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua

& omnes angeli cum eo tunc sedebit super sedem

maiestatis sue & congregabuntur ante eum omnes

gentes & separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat

oues ab hedis & statuet oues quidem a dextris suis

hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a

dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei possi

dete paratum uobis regnum a constitutione mundi.

Esurui enim & dedistis mihi manducare. Sitiui &

dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me.

Nudus & cooperuistis me. Infirmus & uisitastis me.

Clausus & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei

iusti dicentes. Domine quando te uidimus esurientem

& pauimus aut sitientem & dedimus potum. Quando

autem te uidimus hospitem & collegimus aut nudum

& cooperuimus. Aut quando te uidimus infirmum

aut clausum & uenimus ad te. Et respondens rex

dicet illis. Amen dico uobis quamdiu fecistis uni

ex his fratribus meis minimis mihi fecistis. Tunc

dicet & his qui a sinistris erunt. Discedite a me

maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo

& angelis eius. Esurui enim & non dedistis mihi

manducare. Sitiui & non dedistis mihi bibere.

Hospes eram & non collegistis me. Nudus & non

cooperuistis me. Infirmus & in carcere & non uisitastis

me. Tunc respondebunt & ipsi dicentes. Domine

quando te uidimus esurientem aut sitientem aut

hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere

& non ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis

dicens. Amen dico uobis quamdiu non fecistis uni

de minoribus his nec mihi fecistis. Et ibunt hi in

supplicium eternum. Iusti autem in uitam eternam.

Et factum est cum consummasset ihesus sermones

hos omnes. Dixit discipulis suis. Scitis quia post

biduum pascha fiet & filius hominis tradetur ut

crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum

& seniores populi in atrium principis sacerdotum

qui dicebatur caiphas. Et consilium fecerunt ut

ihesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem

non in die festo ne forte tumultus fieret in populo.

Cum autem ihesus esset bethanie in domo simonis

leprosi accessit ad eum mulier habens alabastrum

unguenti pretiosi & effudit super caput ipsius

recumbentis. Videntes autem discipuli indignati

sunt dicentes. Ut quid perditio hec. Potuit enim

istud uenundari multo & dari pauperibus. Sciens

autem ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri

opus enim bonum operata est in me. Nam semper

pauperes habetis uobiscum me autem non semper

habetis. Mittens enim hec unguentum hoc in corpus

meum ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis

ubicumque predicatum fuerit hoc euangelium in

toto mundo dicetur & quod fecit hec in memoriam

eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur

iudas scariothes ad principes sacerdotum & ait illis.

Quid uultis mihi dare & ego uobis eum tradam.

At illi constituerunt ei triginta denarios. Et exinde

querebat opportunitatem ut eum traderet.

Prima autem die azimorum accesserunt discipuli

ad ihesum dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere

pascha. Ihesus autem dixit. Ite in ciuitatem ad

quendam & dicite ei. Magister dicit. Tempus meum

prope est apud te facio pascha cum discipulis meis.

Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus &

parauerunt pascha. Vespere autem facto discumbebat

cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis

dixit. Amen dico uobis quia unus uestrum me tradet.

Et contristati ualde coeperunt singuli dicere. Numquid

ego sum domine. Qui respondens ait. Qui intingit

mecum manum in paropside hic me tradet. Filius

quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo.

Vae autem homini illi per quem filius hominis tradetur.

Bonum erat ei si natus homo non fuisset. Respondens

iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum

rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis

accepit ihesus panem & benedixit ac fregit deditque

discipulis suis & ait. Accipite & comedite. Hoc est

corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit &

dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim

sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur

in remissionem peccatorum. Dico autem uobis non

bibam amodo de hoc genimine uitis usque in diem

illum cum illud bibam uobiscum nouum in regno

patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem

oliueti. Tunc ihesus dicit illis omnes uos scandalum

patiemini in me in nocte ista. Scriptum est enim

percutiam pastorem & dispergentur oues gregis.

Postquam autem resurrexero precedam uos in galileam.

Respondens autem petrus ait illi. Et si omnes scandalizati

fuerint in te ego nunquam scandalizabor. Ait illi

ihesus. Amen dico tibi quia in hac nocte antequam

gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam

si oportuerit me mori tecum non negabo te. Similiter

& omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit ihesus cum

illis in uillam que dicitur gethsemani & ait discipulis

suis. Sedete hic donec uadam illuc & orem. Et assumpto

petro & duobus filiis zebedei coepit contristari &

moestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea

usque ad mortem sustinete hic & uigilate mecum.

Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans

& dicens. Pater mi si possibile est transeat a me calix

iste. Verumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu.

Et uenit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes

& dicit petro. Sic non potuistis una hora uigilare

mecum. Vigilate & orate ut non intretis in temptationem

spiritus quidem promptus est caro autem infirma.

Iterum secundo abiit & orauit dicens. Pater mi si

non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat

uoluntas tua. Et uenit iterum & inuenit eos dormientes

erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis

rursus abiit & orauit tertio eundem sermonem dicens.

Et tunc uenit ad discipulos suos & dicit illis. Dormite

iam & requiescite ecce appropinquauit hora & filius

hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite

eamus ecce qui me tradet prope est.

Adhuc eo loquente ecce iudas unus de duodecim

uenit & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus

missi a principibus sacerdotum & a senioribus populi.

Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens.

Quem osculatus fuero ipse est tenete eum. Et confestim

accedens ad ihesum dixit. Aue rabbi & osculatus est

eum. Ihesus autem dixit illi. Amice ad quid uenisti.

Tunc accesserunt & manus iniecerunt in ihesum &

tenuerunt eum. Et ecce unus de his qui erant cum

ihesu extendens manum exemit gladium suum &

percutiens seruum principis sacerdotum amputauit

auriculam eius. Tunc ait illi ihesus. Conuerte gladium

tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint

gladium gladio peribunt. Aut putas quia non possum

rogare patrem meum & exhibebit mihi modo plus

quam duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo

implebuntur scripture quia sic oportet fieri. In illa

hora dixit ihesus turbis. Tamquam ad latronem

existis cum gladiis & fustibus comprehendere me.

Quotidie apud uos sedebam docens in templo & non

me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut adimplerentur

scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto

eo fugerunt. Qui autem tenuerant ihesum duxerunt

eum ad caiphan principem sacerdotum ubi scribe &

seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum

a longe usque in atrium principis sacerdotum & introgressus

intus sedebat cum ministris ut uideret finem. Principes

autem sacerdotum & omne concilium querebant falsum

testimonium contra ihesum ut eum morti tradant.

Et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent.

Nouissime autem uenerunt duo falsi testes & dixerunt.

Hic dixit. Possum destruere templum dei & post

triduum reedificare illud. Et surgens pontifex dixit

ei. Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur.

Ihesus autem tacebat. Et pontifex ait illi. Adiuro

te per deum uiuum ut dicas nobis si tu es christus

filius dei. Dicit illi ihesus. Tu dixisti. Verumtamen

dico uobis amodo uidebitis filium hominis sedentem

a dextris uirtutis dei & uenientem in nubibus celi.

Tunc pontifex scidit uestimenta sua dicens. Blasphemauit

quid adhuc egemus testibus. Ecce nunc audistis

blasphemiam quid uobis uidetur. At illi respondentes

dixerunt. Reus est mortis. Tunc exspuerunt in faciem

eius & colaphis eum cecderunt alii autem palmas in

faciem eius dederunt dicentes. Prophetiza nobis

christe quis est qui te percussit. Petrus autem sedebat

foris in atrio & accessit ad eum una ancilla dicens.

Et tu cum ihesu galileo eras. Ille autem negauit coram

omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunti autem

illo ianuam uidit eum alia & dicit his qui erant ibi.

Et hic erat cum ihesu nazareno. Et iterum negauit

cum iuramento. Quia hominem non noui. Et post

pusillum accesserunt qui stabant & dixerunt petro.

Vere & tu ex illis es nam & loquela tua manifestum

te facit. Tunc coepit anathematizare & iurare quia

non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit.

Et recordatus est petrus uerbi ihesu quod dixerat

ei. Priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus

foras flenit amare.

Mane autem facto consilium inierunt omnes principes

sacerdotum & seniores populi aduersus ihesum ut

eum morti tradant. Et uinctum adduxerunt eum &

tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc iudas qui

tradidit eum uidens quod damnatus esset penitentia

motus retulit triginta denarios principibus sacerdotum

& senioribus dicens. Peccauit tradens sanguinem

iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos pertinet tu

uideris. Et proiectis denariis in templo recessit &

abiit laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum

acceptis denariis dixerunt. Non licet eos mittere in

corbanam quia pretium sanguinis est. Consilio autem

inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam

peregrinorum. Propter hoc uocatus est ager ille

haceldama hoc est ager sanguinis usque in hodiernum

diem. Tunc impletum est quod dictum est per

hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt

triginta argenteos pretium adpretiati quem pretiauerunt

a filiis israel. Et dederunt eos in agrum figuli sicut

constituit mihi dominus. Ihesus autem stetit ante

presidem & interrogauit eum praeses dicens. Tu es

rex iudeorum. Dicit illi ihesus. Tu dicis. Et cum

accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus

nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis

quanta aduersum te dicunt testimonia. Et non respondit

ei ad ullum uerbum ita ut mirari praeses uehementer.

Per diem autem festum consuerat praeses populo

unum ex uinctis quem uellent. Habebat autem tunc

uinctum insignem qui dicebatur barabbas. Congregatis

ergo illis dixit pilatus. Quem uultis dimittam uobis

barabbam an ihesum qui dicitur christus. Scie

bat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente

autem illo pro tribunali misit ad eum uxor eius

dicens. Nichil sit tibi & iusto illi multa enim passa

sum hodie per uisum propter eum. Principes autem

sacerdotum & seniores persuaserunt populis ut petant

barabbam ihesum autem perdant. Respondens autem

praeses ait illis. Quem uultis horum dimittam uobis.

Qui dixerunt barabbam. Dicit illis pilatus. Quid

igitur faciam ihesu qui dicitur christus. Dicunt

omnes. Crucifigatur. Ait illis praeses. Quid enim

malum fecit. At illi magis clamabant dicentes.

Crucifigatur. Videns autem pilatus quia nichil

proficeret sed magis tumultus fieret accepta aqua

lauit manus coram populo dicens. Innocens ego

sum a sanguine iusti huius. Vos uidetis. Et respondens

uniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos &

super filios nostros. Tunc dimisit illis barabbam

ihesum autem flagellatum tradidit ut crucifigatur.

Tunc milites praesidis suscipientes ihesum in praetorio

congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et

exuentes eum clamydem coccineam circumdederunt

ei. Et plectentes coronam de spinis posuerunt super

caput eius & harundinem in dextera eius. Et genu

flexo ante eum illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorum.

Et exspuentes in eum acceperunt harundinem & percutiebant

caput eius. Et postquam illusissent ei exuerunt eum

clamyde & induerunt eum uestimentis eius & duxerunt

eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt

hominem cyrenensem nomine simonem hunc angariauerunt

ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui

dicitur golgotha quod est calui uarii dicitur. Et

dabant ei uinum bibere cum felle mixtum & cum

gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt

eum diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes

ut impleretur quod dictum est per prophetam.

Diuiserunt sibi uestimenta mea & super uestem meam

miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et

imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam

hic est ihesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt

cum eo duo latrones unus a dextris & unus a sinistris.

Praetereuntes autem blasphemabant eum mouentes

capita sua & dicentes. Vah qui destruis templum

dei & in triduo illud reedificas. Saluum fac temetipsum

si filius es dei descende de cruce. Similiter & principes

sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus &

dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum

facere. Si rex israel est descendat nunc de cruce &

credimus ei. Confidit in deo liberet nunc si uult eum.

Dixit enim quia filius dei sum. Idipsum autem &

latrones improperabant ei qui crucifixi erant cum

eo. Sexta autem hora tenebre factae sunt super uniuersam

terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam

clamauit ihesus uoce magna dicens. Heli heli lema

sabacthani. Hoc est deus meus deus meus ut quid

dereliquisti me. Quidam autem illic stantium cum

audissent dicebant. Heliam uocat iste. Et continuo

currens unus ex eis & acceptam spongiam implens

aceto & imposuit harundini & dabat ei bibere.

Ceteri autem dicebant. Sine uideamus an ueniat

helias liberet eum. Ihesus autem iterum clamans

uoce magna emisit spiritum. Et ecce uelum templi

scissum est in duas partes a summo usque deorsum

& terra mota est & petre scisse sunt & monumenta

aperta sunt & multa corpora sanctorum qui dormierant

surrexerunt & exeuntes de monumentis post resurrectionem

eius uenerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt

multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes

ihesum uisis terremotu & his que fiebant timuerunt

ualde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem

ibi mulieres multe a longe aspicientes que secute

fuerant ihesum a galilea ministrantes ei inter quas

erat maria magdalene & maria iacobi & ioseph mater

& mater filiorum zebedei. Cum sero autem factum

esset uenit homo diues ab arimathia nomine ioseph

qui & ipse discipulus erat ihesu. Hic accessit ad

pilatum & petiit corpus ihesu. Tunc pilatus iussit

reddi corpus. Et accipiens ioseph corpus inuoluit

illud in sindone munda & posuit illud in monumento

suo nouo quod excidit in petra & aduoluit saxum

magnum ad ostium monumenti & abiit. Erat autem

ibi maria magdalene & altera maria sedentes contra

sepulchrum. Altera autem die quae est post parasceuen

conuenerunt principes sacerdotum & pharisei ad

pilatum dicentes. Domine recordati sumus quia

seductor ille dixit adhuc uiuens post tres dies resurgam.

Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium

ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum &

dicant plebi. Surrexit a mortuis & erit nouissima

error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam

ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt

sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.

Vespere autem sabbati quae lucescit in prima sabbati

uenit maria magdalene & altera maria uidere sepulchrum.

Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim

domini descendit de celo & accedens reuoluit lapidem

& sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut

fulgur & uestimentum eius sicut nix. Prae timore

autem eius exterriti sunt custodes & facti sunt

quasi mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus.

Nolite timere uos scio enim quod ihesum qui crucifixus

est quaeritis. Non est hic surrexit enim sicut dixit

uenite & uidete locum ubi positus erat dominus.

Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit

& ecce praecedet uos in galileam ibi eum uidebitis.

Ecce praedixi uobis. Et exeuntes cito de monumento

cum timore & gaudio magno currebant nuntiare

discipulis eius. Et ecce ihesus occurrit illis dicens.

Auete. Illae autem accesserunt & tenuerunt pedes

eius & adorauerunt eum. Tunc ait illis ihesus. Nolite

timere ite nuntiate fratribus meis ut eant in galileam

ibi me uidebunt. Quae cum irent ecce quidam de

custodia uenerunt in ciuitatem & nuntiauerunt principibus

sacerdotum omnia quae facta fuerant. Et congregati

cum senioribus consilio accepto pecuniam dederunt

militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte

uenerunt & furati sunt eum nobis dormientibus.

Et si hoc auditum fuerit apud praesidem nos suadebimus

caeci fiant. Et audierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant haec
dicentibus. Numquid & nos caeci sumus. Dixit eis iesus. Si
caeci essetis non haberetis peccatum. nunc autem dicitis quia
uidemus. peccatum uestrum manet.

Amen amen dico uobis qui non intrat per ostium in ouile
ouium sed ascendit aliunde ille fur est & latro. Qui autem
intrat per ostium pastor est ouium. Huic ostiarius aperit &
oues uocem eius audiunt & proprias oues uocat nominatim &
educit eas. Et cum proprias oues emiserit ante eas uadit &
oues illum sequuntur quia sciunt uocem eius. Alienum autem
non sequuntur sed fugiunt ab eo quia non nouerunt uocem
alienorum. Hoc prouerbium dixit eis iesus. Illi autem non
cognouerunt quid loqueretur ad eos. Dixit ergo iterum iesus.
Amen amen dico uobis quia ego sum ostium ouium. Omnes
quotquot uenerunt fures sunt & latrones. & non audierunt eos
oues. Ego sum ostium. per me si quis introierit saluabitur &
ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Fur non uenit nisi
ut furetur & mactet & perdat. Ego ueni ut uitam habeant &
abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor
animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui
non est pastor cuius non sunt oues suae uidet lupum uenientem
& dimittit oues & fugit & lupus rapit & dispergit oues. Mer
cenarius autem fugit quia mercenarius est & non pertinet ei
de ouibus. Ego sum pastor bonus & cognosco meas & cognos
cunt me meae. Sicut nouit me pater & ego agnosco patrem &
animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quae
non sunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere & uocem
meam audient & fiet unum ouile & unus pastor. Propterea me
pater diligit quia ego pono animam meam ut iterum sumam
eam. Nemo tollit eam a me sed ego pono eam a me ipso. Et
potestatem habeo ponendi eam & potestatem habeo iterum
sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio
ergo facta est iterum inter iudaeos propter hos sermones. Et
dicebant multi ex ipsis. Daemonium habet & insanit. quid eum
auditis. Alii dicebant. Haec uerba non sunt daemonium habentis
numquid daemonium potest caecorum oculos aperire. Factae
sunt autem encaenia in hierusalem & hiems erat. Et ambulabat
iesus in templo in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum
iudaei & dicebant ei. Quousque animam nostram tollis. si tu es
christus dic nobis palam. Respondit eis iesus. Loquor uobis &
non creditis. opera quae ego facio in nomine patris mei haec
testimonium perhibent de me. sed uos non creditis quia non
estis ex ouibus meis sicut dixi uobis. Oues meae uocem meam
audiunt & ego cognosco eas & sequuntur me. & ego uitam
aeternam do eis & non peribunt in aeternum & non rapiet
eas quisquam de manu mea. Pater quod dedit mihi maius
omnibus est & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego
& pater unum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudaei ut lapi
darent eum. Respondit eis iesus. Multa opera bona ostendi
uobis ex patre meo propter quod eorum opus me lapidatis.
Responderunt ei iudaei dicentes. De bono opere non lapidamus
te sed de blasphemia & quia tu homo cum sis facis te ipsum
deum. Respondit eis iesus. Nonne scriptum est in lege uestra
quia ego dixi dii estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei
factus est & non potest solui scriptura. quem pater sanctificauit
& misit in mundum uos dicitis quia blasphemas quia dixi filius
dei sum. Si non facio opera patris mei nolite credere mihi.
Si autem facio & si mihi non uultis credere operibus credite.
ut cognoscatis & credatis quia pater in me est & ego in patre.
Quaerebant ergo eum iterum apprehendere & exiuit de manibus
eorum. Et abiit iterum trans iordanem in eum locum ubi erat
iohannes baptizans primum & mansit ibi. Et multi uenerunt
ad eum & dicebant quia iohannes quidem signum fecit unum.
omnia autem quaecumque dixit iohannes de hoc uera erant.
Et multi crediderunt in eum.

Erat autem quidam languens lazarus a bethania de castello
Mariae & Martae sororis eius. Maria autem erat quae unxit
dominum unguento & detersit pedes eius capillis suis cuius
frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad
eum dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Audiens
autem iesus dixit. Infirmitas haec non est ad mortem sed pro
gloria dei ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem
iesus martham & sororem eius & lazarum. Ut ergo audiuit
quia infirmatur tunc quidem mansit in eo loco biduum. Deinde
post hoc dicit discipulis suis. Eamus in iudaeam iterum. Dicunt
ei discipuli. Rabbi nunc quaerebant te lapidare iudaei & iterum
uadis illuc. Respondit iesus. Nonne duodecim horae sunt diei.
Si quis ambulauerit in die non offendit quia lucem huius mundi
uidet. Si autem ambulauerit in nocte offendit quia lux non est
in eo. Haec dixit & post hoc dicit eis. Lazarus amicus noster
dormit sed uado ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo
discipuli eius. Domine si dormit saluus erit. Dixerat autem
iesus de morte eius. Illi autem putauerunt quia de dormitione
somni dicebat. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus
mortuus est & gaudeo propter uos ut credatis quoniam non
eram illic. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur
didymus condiscipulis. Eamus & nos ut moriamur cum eo.
Uenit ergo iesus & inuenit eum quattuor dies iam in monu
mento habentem. Erat autem bethania iuxta hierusalem quasi
stadia quindecim. Multi autem de iudaeis uenerant ad martham
& mariam ut consolarentur eas de fratre suo. Maria ergo cum
audisset quia iesus uenit occurrit ei. Maria autem domi sedebat.
Dixit ergo martha ad iesum. Domine si fuisses hic frater meus
non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quaecumque poposce
ris a deo dabit tibi deus. Dicit ei iesus. Resurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo
die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio & uita. qui credit in
me etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit & credit
in me non morietur in aeternum. Credis hoc. Ait illi. Utique
domine. ego credidi quia tu es christus filius dei uiui qui in
hunc mundum uenisti. Et cum hoc dixisset abiit & uocauit
mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest & uocat
te. Illa ut audiuit surgit cito & uenit ad eum. Nondum enim
uenerat iesus in castellum sed erat adhuc in illo loco ubi oc
currerat ei martha. Iudaei ergo qui erant cum ea in domo &
consolabantur eam cum uidissent mariam quia cito surrexit &
exiuit secuti sunt eam dicentes quia uadit ad monumentum ut
ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat iesus uidit eum
& cecidit ad pedes eius dicens ei. Domine si fuisses hic non
esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantem
& iudaeos qui uenerant cum ea plorantes infremuit spiritu &
turbauit semetipsum & lacrimatus est. Et dixerunt iudaei.
Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt.
Non poterat hic qui aperuit oculos caeci facere ut & hic non
moreretur. Iesus ergo rursum fremens in semetipso uenit ad
monumentum. Erat autem spelunca & lapis superpositus erat
ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dicit ei martha soror eius qui
mortuus fuerat. Domine iam fetet quatriduanus enim est.
Dicit ei iesus. Nonne dixi tibi quoniam si credideris uidebis
gloriam dei. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis
deorsum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti
me. Ego autem sciebam quia semper me audis. sed propter
populum qui circumstat dixi ut credant quia tu me misisti.
Et cum haec dixisset uoce magna clamauit. Lazare ueni foras.
Et prodiit mortuus ligatis manibus & pedibus institis & facies
illius sudario erat ligata. Dicit eis iesus. Solite eum & sinite
abire. Multi ergo ex iudaeis qui uenerant ad mariam & uide
rant quae fecit iesus crediderunt in eum. Quidam autem ex
ipsis abierunt ad pharisaeos & dixerunt eis quae fecit iesus.
Collegerunt ergo pontifices & pharisaei concilium & dicebant.
Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus
eum sic omnes credent in eum & uenient romani & tollent
nostrum & locum & gentem. Unus autem ex ipsis caiphas cum
esset pontifex anni illius dixit eis. Uos nescitis quicquam nec
cogitatis quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo
& non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit sed
cum esset pontifex anni illius prophetauit quod iesus moriturus
erat pro gente. Et non tantum pro gente sed ut filios dei qui
erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt
ut interficerent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat apud
iudaeos sed abiit inde in regionem iuxta desertum in ciuitatem
quae dicitur ephrem & ibi morabatur cum discipulis suis.
Proximum autem erat pascha iudaeorum & ascenderunt multi
Hierosolymam de regione ante pascha ut sanctificarent se.
Quaerebant ergo iesum & dicebant ad inuicem stantes in templo.
Quid putatis quia non ueniet ad diem festum. Dederunt autem
pontifices & pharisaei mandatum ut si quis cognouerit ubi sit
indicet ut apprehendant eum.

Sex ergo ante pascha uenit iesus bethaniam ubi lazarus mortuus
fuerat quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi &
martha ministrabat. Lazarus autem unus erat ex discumbentibus
cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pre
tiosi & unxit pedes iesu & extersit capillis suis pedes eius.
Domus autem impleta est ex odore unguenti. Dixit autem
unus ex discipulis eius iudas iscariotes simonis qui eum erat
traditurus. Quare hoc unguentum non uenditum est trecentis
denariis & datum egenis. Dixit autem hoc non quia de egenis
pertinebat ad eum sed quia fur erat & loculos habens quae mit
tebantur portabat. Dixit ergo iesus. Sine illam ut in diem
sepulturae meae seruet illud. Nam egenos semper habetis uobis
cum me autem non semper habetis. Cognouit autem turba
multa ex iudaeis quia ibi est & uenerunt non propter iesum
tantum sed ut & lazarum uiderent quem suscitauit a mortuis.
Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut & lazarum in
terficerent quia multi propter illum abibant ex iudaeis & credi
derunt in iesum. In crastinum turba multa quae uenerat ad
diem festum cum audisset quia uenit iesus hierosolymam tulerunt
ramos palmarum & processerunt obuiam ei & clamabant. Osanna
benedictus qui uenit in nomine domini rex israel. Et inuenit
iesus asellum & sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere
filia sion. ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinae. Haec
non cognouerunt discipuli eius primum sed cum glorificatus
est iesus tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo &
haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat
cum eo quando lazarum uocauit de monumento & suscitauit eum
a mortuis. Propterea & obuiauit ei turba quia audierat eum
fecisse hoc signum. Pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos.
Uidetis quia nihil proficimus. ecce mundus totus post eum
abiit. Erant autem gentiles quidam ex eis qui ascenderant ut
adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum a
betsaida galilaeae & rogabant eum dicentes. Domine uolumus
iesum uidere. Philippus uenit & dicit andreae. Et rursum
andreas & philippus dixerunt iesu. Iesus autem respondit eis
dicens. Uenit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen
dico uobis nisi granum frumenti cadens in terram mortuum
fuerit ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit multum
fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam & qui odit
animam suam in hoc mundo in uitam aeternam custodit eam.
Si quis mihi ministrat me sequatur & ubi sum ego illic & mi
nister meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum
pater meus. Nunc anima mea turbata est & quid dicam pater
saluum me fac. sed propterea ueni in horam hanc. Pater clari
fica nomen tuum. Uenit ergo uox de caelo. Et clarificaui &
iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat & audierat dicebat
tonitruum factum esse. Alii dicebant angelus ei locutus est.
Respondit iesus & dixit. Non propter me haec uox uenit sed
propter uos. Nunc iudicium est mundi nunc princeps huius
mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia
traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte
esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege
quia christus manet in aeternum & quomodo tu dicis oportet
exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis. Dixit ergo
eis iesus. Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum
lucem habetis ut non tenebrae uos comprehendant & qui ambu
lat in tenebris nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in
lucem ut filii lucis sitis. Haec locutus est iesus & abiit & abs
condit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis non
credebant in eum. Ut sermo esaiae prophetae impleretur quem
dixit. Domine quis credidit auditui nostro & brachium domini
cui reuelatum est. Propterea non poterant credere quia iterum
dixit esaias. Excaecauit eorum oculos & indurauit cor eorum
ut non uideant oculis & intelligant corde & conuertantur &
sanem eos. Haec dixit esaias quando uidit gloriam eius & locutus
est de eo. Uerumtamen & ex principibus multi crediderunt in
eum sed propter pharisaeos non confitebantur ut de synagoga
non eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam
gloriam dei. Iesus autem clamauit & dixit. Qui credit in me
non credit in me sed in eum qui misit me. Et qui uidet me
uidet eum qui misit me. Ego lux in mundum ueni ut omnis qui
credit in me in tenebris non manet. Et si quis audierit uerba
mea & non custodierit ego non iudico eum non enim ueni ut
iudicem mundum sed ut saluificem mundum. Qui spernit me &
non accipit uerba mea habet qui iudicet eum. Sermo quem
locutus sum ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego a
meipso non locutus sum sed qui misit me pater ipse mihi man
datum dedit quid dicam & quid loquar. Et scio quia mandatum
eius uita aeterna est. Quae ergo ego loquor sicut dixit mihi pater
sic loquor.

Ante diem autem festum paschae sciens iesus quia uenit hora
eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos
qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta cum
diabolus iam misisset in cor ut traderet eum iudas simonis
iscariotis. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus & quia
a deo exiuit & ad deum uadit. Surgit a cena & ponit uestimenta
sua & cum accepisset linteum praecinxit se. Deinde mittit aquam
in pelui & coepit lauare pedes discipulorum & extergere linteo
quo erat praecinctus. Uenit ergo ad simonem petrum. Et dicit
ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes. Respondit iesus & dixit
ei. Quod ego facio tu nescis modo intellegis autem postea.
Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit
ei iesus. Si non lauero te non habebis partem mecum. Dicit ei
simon petrus. Domine non pedes meos tantum sed & manus &
caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes
lauet sed est mundus totus. Et uos mundi estis sed non omnes.
Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum propterea dixit.
Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum &
accepit uestimenta sua cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis
quid fecerim uobis. Uos uocatis me magister & dominus & bene
dicitis. sum etenim. Si ergo ego lauo pedes uestros dominus &
magister uester & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exem
plum enim dedi uobis ut quemadmodum ego feci uobis ita &
uos faciatis. Amen amen dico uobis non est seruus maior domino
suo neque apostolus maior est eo qui misit illum. Si haec scitis
beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus uobis dico. ego scio
quos elegerim sed ut scriptura impleatur. Qui manducat mecum
panem leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico uobis
antequam fiat ut cum factum fuerit credatis quia ego sum.
Amen amen dico uobis qui accipit si quem misero me accipit
qui autem me accipit accipit eum qui me misit. Haec cum dixisset
iesus turbatus est spiritu & protestatus est & dixit. Amen amen
dico uobis quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad
inuicem discipuli haesitantes de quo diceret. Erat autem recum
bens unus ex discipulis eius in sinu iesu quem diligebat iesus.
Annuit ergo huic simon petrus & dixit ei. Quis est de quo dicit.
Cum ergo recubuisset ille sic super pectus iesu dicit ei. Domine
quis est. Respondit iesus. Ille est cui ego intinctum panem por
rexero & dabo illi. Et intinxit panem & dat iudae simonis
iscariotis. Et post buccellam introiuit in illum satanas. Dicit
ergo ei iesus. Quod facis fac citius. Hoc autem nemo scit ad
discumbentium quare dixerit ei. Quidam enim putabant quia
loculos habebat iudas quia dicit ei iesus. Eme quae opus sunt
nobis ad diem festum aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo
accepisset ille buccellam exiuit continuo. Erat autem nox.
Cum ergo exisset dicit iesus. Nunc clarificatus est filius hominis
& deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo &
deus clarificabit eum in semetipso & continuo clarificabit eum.
Filioli adhuc modicum uobiscum sum. Quaeretis me & sicut
dixi iudaeis quo ego uado uos non potestis uenire & uobis dico
modo. Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem sicut
dilexi uos ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes
quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad inuicem.
Dicit ei simon petrus. Domine quo uadis. Respondit ei iesus.
Quo ego uado non potes me modo sequi sequeris autem postea.
Dicit ei petrus. Quare non possum te sequi modo animam meam
pro te ponam. Respondit iesus. Animam tuam pro me ponis.
Amen amen dico tibi non cantabit gallus donec ter me negabis.

Non turbetur cor uestrum. Creditis in deum & in me credite.
In domo patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus dixissem
uobis quia uado parare uobis locum. Et si abiero & praeparauero
uobis locum iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum ut ubi
sum ego & uos sitis. Et quo ego uado scitis & uiam scitis.
Dicit ei thomas. Domine nescimus quo uadis & quomodo possumus
uiam scire. Dicit ei iesus. Ego sum uia & ueritas & uita. Nemo
uenit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me & patrem meum
utique cognoscetis & amodo cognoscetis eum & uidistis eum.
Dicit ei philippus. Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis.
Dicit ei iesus. Tanto tempore uobiscum sum & non cognouisti
me philippe. Qui uidit me uidit & patrem. quomodo tu dicis
ostende nobis patrem. Non credis quia ego in patre & pater in
me est. Uerba quae ego loquor uobis a meipso non loquor. Pater
autem in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in
patre & pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite.
Amen amen dico uobis qui credit in me opera quae ego facio &
ille faciet & maiora horum faciet quia ego ad patrem uado. Et
quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam ut
glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo
hoc faciam. Si diligitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo
patrem & alium paracletum dabit uobis ut maneat uobiscum in
aeternum. Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere
quia non uidet eum nec scit eum. uos autem cognoscetis eum
quia apud uos manebit & in uobis erit. Non relinquam uos
orphanos. ueniam ad uos. Adhuc modicum & mundus me iam
non uidet. uos autem uidetis me quia ego uiuo & uos uiuetis.
In illo die uos cognoscetis quia ego sum in patre meo & uos in
me & ego in uobis. Qui habet mandata mea & seruat ea ille est
qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo &
ego diligam eum & manifestabo ei me ipsum. Dicit ei iudas non
ille iscariotes. Domine quid factum est quia manifestaturus es
nos tibi & non mundo. Respondit iesus & dixit ei. Si quis diligit
me sermonem meum seruabit & pater meus diliget eum & ad
eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit
me sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non
est meus sed eius qui misit me patris. Haec locutus sum uobis
apud uos manens. Paracletus autem spiritus sanctus quem mit
tet pater in nomine meo ille uos docebit omnia & suggeret uobis
omnia quaecumque dixero uobis. Pacem relinquo uobis pacem
meam do uobis. non quomodo mundus dat ego do uobis. Non
turbetur cor uestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi
uobis uado & uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utique
quia uado ad patrem quia pater maior me est. Et nunc dixi
uobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis. Iam non
multa loquar uobiscum. Uenit enim princeps huius mundi &
in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo
patrem & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite
eamus hinc.

Ego sum uitis uera & pater meus agricola est. Omnem palmitem
in me non ferentem fructum tollet eum & omnem qui fert fructum
purgabit eum ut fructum plus adferat. Iam uos mundi estis
propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me & ego
in uobis. Sicut palmes non potest fructum ferre a semetipso nisi
manserit in uite sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis
uos palmites. Qui manet in me & ego in eo hic fert fructum
multum quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non
manserit mittetur foras sicut palmes & arescet & colligent eum
& in ignem mittent & ardet. Si manseritis in me & uerba mea
in uobis manserint quodcumque uoluerit petetis & fiet uobis.
In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum adfe
ratis & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater & ego
dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea seruaueritis
manebitis in dilectione mea sicut & ego patris mei praecepta
seruaui & maneo eius in dilectione. Haec locutus sum uobis ut
gaudium meum in uobis sit & gaudium uestrum impleatur.
Hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos.
Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Uos amici mei estis si feceritis quae ego
praecipio uobis. Iam non dicam uos seruos quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos quia omnia
quaecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me
elegistis sed ego elegi uos & posui uos ut eatis & fructum
adferatis & fructus uester maneat. Ut quodcumque petieritis
patrem in nomine meo det uobis. Haec mando uobis ut diligatis
inuicem. Si mundus uos odit scitote quia me priorem uobis
odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat
diligeret. quia autem de mundo non estis sed ego elegi uos de
mundo propterea odit uos mundus. Memores estote uerbi mei
quod ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. si me
persecuti sunt & uos persequentur. si sermonem meum seruauerunt
& uestrum seruabunt. Sed haec omnia facient uobis propter
nomen meum quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenissem
& locutus eis fuissem peccatum non haberent nunc autem excusa
tionem non habent. Qui me odit & patrem meum odit. Si opera
non fecissem in eis quae nemo alius fecit peccatum non haberent
nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed
ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio
habuerunt me gratis. Cum autem uenerit paracletus quem ego
mittam uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit
ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibe
bitis quia ab initio mecum estis. Haec locutus sum uobis ut non
scandalizemini. Absque synagogis facient uos. sed uenit hora ut
omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se praestare deo.
Et haec facient uobis quia non nouerunt patrem neque me.
Sed haec locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorum reminis
camini quia ego dixi uobis. Haec autem uobis ab initio non dixi
quia uobiscum eram. Et nunc uado ad eum qui misit me & nemo
ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia haec locutus sum
uobis tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico
uobis expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero paracletus
non ueniet ad uos. Si autem abiero mittam eum ad uos. Et cum
uenerit ille arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio.
De peccato quidem quia non credunt in me. De iustitia uero
quia ad patrem uado & iam non uidebitis me. De iudicio autem
quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Multa habeo uobis
dicere sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille
spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur
a semetipso sed quaecumque audiet loquetur & quae uentura sunt
annuntiabit uobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet &
annuntiabit uobis. Omnia quaecumque habet pater mea sunt.
propterea dixi quia de meo accipiet & annuntiabit uobis. Modicum
& iam non uidebitis me & iterum modicum & uidebitis me quia
uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad alterutrum.
Quid est hoc quod dicit nobis modicum & non uidebitis me &
iterum modicum & uidebitis me & quia uado ad patrem. Dicebant
ergo. Quid est hoc quod dicit modicum. nescimus quid loquitur.
Cognouit autem iesus quia uolebant eum interrogare & dixit eis.
De hoc quaeritis inter uos quia dixi modicum & non uidebitis me
& iterum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uobis quia
plorabitis & flebitis uos mundus autem gaudebit. Uos autem
contristabimini sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier
cum parit tristitiam habet quia uenit hora eius cum autem
peperit puerum iam non meminit pressurae propter gaudium
quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem
tristitiam habetis uos autem uidebo iterum & gaudebit cor
uestrum & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Et in illo die
me non rogabitis quicquam.

dh clxxiiii
dh xci ii
l xcviiii

dh Lc Et cum accederet & uidisset illum statim spūs con
le Eiulir illū demonij & dissipauit.
turbauit puerum & elisus in terram uolutabatur spumans cus.

dh Et interrogauit patrem eius quantū tempus est ex quo
hoc ei accidit. At ille ait. ab infantia. Sed si quid potes ad
iuua nos misertus nri. Ihsa ait illi. Si potes credere oma
possibilia credenti. & exclamans pater pueri cum lacrimis
aiebat. Credo dne ad iuua mi credulitatē meā. dh dh Lc

dh clxxiiii
dh xci ii
l xcviiii

Lc Incepit spm immundū. dh Et cum uideret ihs concurrentem turbam comminatus est
dh Illū pueū de
monē & offert &
dic & uindo spm
spū immundo dicens illi. dh Surde & mute spūs ego tibi p
mas
cipio exi ab eo & amplius ne introeas in eum. & exclamans &
discerpens eum exiit ab eo. & facta est sicut mortuus ita
ut multi dicerent quia mortuus est. Ihsus autem tenens manū
ei eleuauit eum. & surrexit & curatus est puer ex illa hora dh
& reddidit illum patri ei. dh dh
dh. & ite illi p dom.
Tunc accesserunt discipuli ad ihm secreto & dixerunt.

dh clxxv
Lc cc

quare nos non potuimus eicere illum. dicit illis ihs. dh Lc
Hec gen in nullo p
test exire nisi in
oratione & ieiunio.
propter incredulitatem uram. dh Lc Amen quippe dico
uob. si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti
huic transi hinc & transibit. & nihil impossibile erit uob dh dh
Hoc
genus non ejicitur nisi
in oratione & ieiunio.
Sanctus Ad lunariā & mis p ny & tertio sanat. Jur i p filii
eius unius. adhibita & ex n sanguine oculū calcaneū. & ignis pallec
CONUERSANTIBUS AUTEM IN GALILEA
dixit illis ihs. filius hominis tradendus est in manus ho
dh
minum & occident & tertia die resurget. & con
dh dh Et in p[ro]fecto p[ro]gredie[bat]ur galilea. & nolebat ut quis[quam] sciret. docebat
enim discipulos suos. & dicebat eis

Sñr q̃ petr̃ suggerat dñs ut rogat ne laedaliz̃or̃ & expli ad posita
tẽne tbuit̃ & iudat̃ eũ nosse q̃ eo absẽte gesta sũt.

Vñ de infidelitate ueñ. & de dilectõe q̃t habite & eo patiũt audire.

tristati sunt uehementer & cum uenissent ad phar-
naum accesserunt qui didragma accipiebant ad p&rũ
& dixerunt ei magister uester non solui didragma Ait ille
Etiam. Et cum intrasset domum p̃uenit eũ ihs dicens
Quid tibi uidetur simon. a quibus accipiunt
reges terrae a quibus accipiunt
tributum ut censum. a filiis suis an ab alienis. Et ille dixit
ab alienis dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filii. Ut autem
non scandalizemus eos uade ad mare & mitte hamum &
eum piscem qui primus ascenderit tolle & aperto ore eius
inuenies staterem. illum sumens da eis pro me & te
I N I L L A H O R A C U M D O M I E S S Ẽ T I N T E R R O
gabat eos quid inuicem tractabatis. Le
At illi tacebant. Siquidem inter se inuicem disputauerant
quis eorum maior. Et accesserunt discipuli ad ihm
dicentes. quis putas maior est in regno caelorum & ad
uocans ihs paruulum statuit eum in medio eorum &
dixit. Amen dico uobis. nisi conuersi fueritis & efficia-
mini sicut paruuli non intrabitis in regno caelorum
Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic est ma-
ior in regno caelorum. Et qui si-
mul susceperit unum talem paruulum in nomine meo me susci-
pit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me
credunt. expedit ei ut suspendatur mola asinaria
in collo eius & demergatur in profundum maris.

Vñ de ẽmitate & de scandalo ẽmitas fugiẽda.

Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te abscide eum
& proice abs te. bonum tibi est ingredi ad uitam claudum
aut debilem uel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum
Si autem oculus tuus scandalizat te eice eum abs te. bonum
tibi est cum uno oculo in uitam intrare quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis.

Vñ de cõtemptu paruulorũ.

Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis
quia angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei
qui in caelis est. Quid uobis uidetur. si fuerint alicui homini
centum oues & errauerit una ex ipsis nonne relinquit nonaginta
nouem in montibus & uadit quaerere errantem. Et si contigerit
inuenire eam amen dico uobis quia gaudet super ea magis
quam super nonaginta nouem quae non erranerunt.

Vñ de correptione fr̃is.

Si autem peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te
& ipsum solum. Si te audierit lucrifecisti fratrem tuum.
Si autem non audierit adhibe tecum adhuc unum aut duos
ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum.
Si autem non audierit eos dic ecclesiae. Si autem ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Vñ de potestate ligandi & soluendi.

Amen dico uobis quaecumque alligaueritis super terram erunt
ligata & in caelo & quaecumque solueritis super terram erunt
soluta & in caelo. Iterum dico uobis quia si duo ex uobis
consentient super terram de omni re quamcumque petierint
fiet illis a patre meo qui in caelis est. Vbi enim sunt duo uel
tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum.

Vñ de remissione iniuriarum.

Tunc accedens petrus ait ei domine quotiens peccabit in me
frater meus & dimittam ei. Numquid usque septies. Dicit
illi ihs non dico tibi usque septies sed usque septuagies
septies. Propterea assimilatum est regnum caelorum homini
regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum
coepisset rationem ponere oblatus est ei unus qui debebat
decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet
iussit eum dominus uendi & uxorem eius & filios & omnia
quae habebat & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat
eum dicens. patientiam habe in me & omnia reddam tibi.
Misertus autem dominus seruo illi dimisit ei & debitum
dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit unum de
conseruis suis qui debebat ei centum denarios & tenens
suffocabat eum dicens. reddo quod debes mihi. Et procidens
conseruus eius rogabat eum dicens. patientiam habe in me
& omnia reddam tibi. Et non uoluit sed abiit & misit eum
in carcerem donec reddat debitum. Videntes autem conserui
eius quae fiebant contristati sunt ualde & uenerunt & narra-
uerunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc uocauit
illum dominus suus & ait illi. serue nequam omne debitum
dimisi tibi quoniam rogasti me. nonne ergo oportuit & te
misereri conserui tui sicut & ego tui misertus sum. Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque reddat
uniuersum debitum. Sic & pater meus caelestis faciet uobis
nisi remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

Vñ de diuortio.

Et factum est cum consummasset ihs sermones hos transtulit
se a galilaea & uenit in fines iudaeae trans iordanem. Et
secuti sunt eum turbae multae & curauit eos ibi. Et accesse-
runt ad eum pharisaei temptantes eum & dicentes ei. si licet
homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa. Qui
respondens ait eis. non legistis quia qui fecit ab initio masculum
& feminam fecit eos & dixit. propter hoc dimittet homo patrem
& matrem & adhaerebit uxori suae & erunt duo in carne una.
Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus
coniunxit homo non separet. Dicunt ei. quid ergo moyses
mandauit dare libellum repudii & dimittere. Dicit eis ihs
quoniam moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis
dimittere uxores uestras. ab initio autem non fuit sic.
Dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam
nisi ob fornicationem & aliam duxerit moechatur. Et qui
dimissam duxerit moechatur. Dicunt ei discipuli eius. si
sic est causa hominis cum uxore non expedit nubere.
Qui ait illis. non omnes capiunt uerbum istud sed quibus
datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati
sunt & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus & sunt
eunuchi qui castrauerunt semetipsos propter regnum caelorum.
Qui potest capere capiat.

Vñ de paruulis ad ihm uenientibus.

Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus eis imponeret & ora-
ret. Discipuli autem increpabant eos. ihs autem dixit.
sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me uenire. talium
enim est regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus
abiit inde.

Vñ de diuitibus.

Et ecce unus accedens ait illi. magister bone quid boni faciam
ut habeam uitam aeternam. Qui dixit ei. quid me interrogas
de bono. unus est bonus deus. Si autem uis ad uitam ingredi
serua mandata. Dicit illi. quae. Ihs autem dixit. non homi-
cidium facies. non adulterabis. non furtum facies. non falsum
testimonium dices. honora patrem & matrem & diliges proxi-
mum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adulescens. omnia haec
custodiui. quid adhuc mihi deest. Ait illi ihs. si uis perfectus
esse uade & uende quae habes & da pauperibus & habebis
thesaurum in caelo & ueni sequere me. Audiens autem
adulescens uerbum abiit tristis. erat enim habens multas
possessiones. Ihs autem dixit discipulis suis. amen dico uobis
quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum
dico uobis facilius est camelum per foramen acus transire
quam diuitem intrare in regnum caelorum. Audientes autem
discipuli mirabantur ualde dicentes. quis ergo potest saluus
fieri. Aspiciens autem ihs dixit illis. apud homines hoc
impossibile est apud deum autem omnia possibilia sunt.
Tunc respondens petrus ait illi. ecce nos dimisimus omnia
& secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Ihs autem dixit illis.
amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis &
uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel.
Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut
patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter
nomen meum centuplum accipiet & uitam aeternam possidebit.
Multi autem erunt primi nouissimi & nouissimi primi.

Simile est regnum caelorum homini patri familias qui exiit
primo mane conducere operarios in uineam suam. Conuentione
autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in
uineam suam. Et egressus circa horam tertiam uidit alios
stantes in foro otiosos & dixit illis. ite & uos in uineam
meam & quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt.
Iterum autem exiit circa horam sextam & nonam & fecit
similiter. Circa undecimam autem exiit & inuenit alios
stantes & dicit illis. quid hic statis tota die otiosi. Dicunt
illi. quia nemo nos conduxit. Dicit illis. ite & uos in uineam
meam. Cum sero autem factum esset dicit dominus uineae
procuratori suo. uoca operarios & redde illis mercedem
incipiens a nouissimis usque ad primos. Cum uenissent ergo
qui circa undecimam horam uenerant acceperunt singulos
denarios. Uenientes autem & primi arbitrati sunt quod plus
essent accepturi & acceperunt & ipsi singulos denarios.
Accipientes autem murmurabant aduersus patrem familias
dicentes. quia nouissimi hi una hora fecerunt & pares illos
nobis fecisti qui portauimus pondus diei & aestus. At ille
respondens uni eorum dixit. amice non facio tibi iniuriam.
nonne denario conuenisti mecum. tolle quod tuum est & uade.
Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet
mihi quod uolo facere in meis. an oculus tuus nequam est
quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi & primi
nouissimi. Multi enim sunt uocati pauci uero electi.

Tunc accepit ihs duodecim discipulos suos secreto in itinere
& ait illis. ecce ascendimus hierosolymam & filius hominis
tradetur principibus sacerdotum & scribis & damnabunt eum
morte & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum
& crucifigendum & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum
mater filiorum zebedaei cum filiis suis adorans & petens
aliquid ab eo. Qui dixit ei. quid uis. Ait illi. dic ut sedeant
hi duo filii mei unus ad dexteram tuam & unus ad sinistram
tuam in regno tuo. Respondens autem ihs dixit. nescitis quid
petatis. potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum &
baptismo quo ego baptizor baptizari. Dicunt ei. possumus.
Ait illis. calicem quidem meum bibetis & baptismo quo ego
baptizor baptizabimini. sedere autem ad dexteram meam &
sinistram meam non est meum dare uobis sed quibus paratum
est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus
fratribus. Ihs autem conuocauit eos & ait. scitis quia principes
gentium dominantur eorum & qui magni sunt potestatem
exercent in eos. non ita erit inter uos sed quicumque uoluerit
inter uos maior fieri sit uester minister & qui uoluerit inter
uos primus esse erit uester seruus. sicut filius hominis non
uenit ministrari sed ministrare & dare animam suam redemp-
tionem pro multis.

Et egredientibus illis ab hiericho secuta est eum turba multa
& ecce duo caeci sedentes secus uiam audierunt quia ihs
transiret & clamauerunt dicentes. miserere nostri domine
fili dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi
magis clamabant dicentes. miserere nostri domine fili dauid.
Et stetit ihs & uocauit eos & ait. quid uultis ut faciam
uobis. Dicunt illi. domine ut aperiantur oculi nostri. Misertus
autem eorum ihs tetigit oculos eorum & confestim uiderunt
& secuti sunt eum.

Et cum appropinquassent hierosolymis & uenissent bethphage
ad montem oliueti tunc ihs misit duos discipulos dicens eis.
ite in castellum quod contra uos est & statim inuenietis
asinam alligatam & pullum cum ea. Solutos adducite mihi.
Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dominus his
opus habet & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est
ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem.
dicite filiae sion. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens
super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem
discipuli fecerunt sicut praecepit illis ihs. Et adduxerunt
asinam & pullum & imposuerunt super eos uestimenta sua
& eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba
straverunt uestimenta sua in uia. Alii autem caedebant
ramos de arboribus & sternebant in uia. Turbae autem
quae praecedebant eum & quae sequebantur clamabant
dicentes. osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine
domini. osanna in excelsis. Et cum intrasset hierosolymam
commota est uniuersa ciuitas dicens. quis est hic. Populi
autem dicebant. hic est ihs propheta a nazareth galilaeae.
Et intrauit ihs in templum dei & eiciebat omnes uendentes
& ementes in templo & mensas nummulariorum & cathedras
uendentium columbas subuertit. Et dicit eis. scriptum est.
domus mea domus orationis uocabitur. uos autem facitis
eam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum caeci &
claudi in templo & sanauit eos. Uidentes autem principes
sacerdotum & scribae mirabilia quae fecit & pueros clamantes
in templo & dicentes. osanna filio dauid indignati sunt &
dixerunt ei. audis quid isti dicunt. Ihs autem dixit illis.
utique. nunquam legistis quia ex ore infantium & lactantium
perfecisti laudem. Et relictis illis foras abiit extra ciuitatem
in bethaniam & ibi mansit.

Et mane reuertens in ciuitatem uidit arborem unam secus
uiam & uenit ad eam & nihil inuenit in ea nisi folia tantum
& ait illi. nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.
Et aruit confestim ficulnea. Et uidentes discipuli mirati sunt
dicentes. quomodo confestim aruit ficulnea. Respondens ihs
ait illis. amen dico uobis si habueritis fidem & non haesitaue-
ritis non solum de ficulnea facietis sed & si montibus huic
dixeritis tollere & mittere in mare fiet. Et omnia quaecumque
petieritis in oratione credentes accipietis.

Et cum uenisset in templum accesserunt ad eum docentem
principes sacerdotum & seniores populi dicentes. in qua
potestate haec facis & quis tibi dedit hanc potestatem.
Respondens autem ihs dixit eis. interrogabo & ego uos unum
sermonem quem si dixeritis mihi & ego dicam uobis in qua
potestate haec facio. Baptismus ioannis unde erat. de caelo
an ex hominibus. At illi cogitabant apud se dicentes. si
dixerimus de caelo dicet nobis quare ergo non credidistis
ei. si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam omnes
enim habebant ioannem sicut prophetam. Et respondentes
ihs dixerunt. nescimus. Ait illis & ipse. nec ego dico uobis
in qua potestate haec facio. Quid autem uobis uidetur.
homo quidam habebat duos filios & accedens ad primum
dixit. fili uade hodie operare in uinea mea. Ille autem
respondens ait. nolo. Postea autem paenitentia motus abiit.
Et accedens ad alium dixit similiter. Ille autem respondens
ait. eo domine & non abiit. Quis ex duobus fecit uoluntatem
patris. Dicunt ei. primus. Ait illis ihs. amen dico uobis
quia publicani & meretrices praecedunt uos in regnum dei.
Uenit enim ad uos iohannes in uia iustitiae & non credidistis
ei. publicani autem & meretrices crediderunt ei. Uos autem
cum uidissetis nec paenitentiam habuistis postea ut credere-
tis ei. Alium parabolam audite. homo erat pater familias
qui plantauit uineam & sepem circumdedit ei & fodit in ea
torcular & aedificauit turrim & locauit eam agricolis & peregre
profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset
misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius.
Et agricolae apprehensis seruis eius alium ceciderunt alium
occiderunt alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios
seruos plures quam priores & fecerunt illis similiter. Nouis-
simum autem misit ad illos filium suum dicens. uerebuntur
filium meum. Agricolae autem uidentes filium dixerunt
intra se. hic est heres uenite occidamus eum & habebimus
hereditatem eius. Et apprehendentes eum eiecerunt extra
uineam & occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uineae
quid faciet agricolis illis. Aiunt illi. malos male perdet
illos & uineam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum
temporibus suis. Dicit illis ihs. numquam legistis in scripturis.
lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in
caput anguli. a domino factum est istud & est mirabile in
oculis nostris. Propterea dico uobis quia auferetur a uobis
regnum dei & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui
cadet super lapidem istum conquassabitur. super quem
autem ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes
sacerdotum & pharisaei parabolas eius cognouerunt quod de
ipsis diceret. Et quaerentes eum timuerunt turbas quoniam
sicut prophetam illum habebant.

Et respondens ihs iterum dixit in parabolis dicens. simile
factum est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias
filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias
& nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. dicite
inuitatis. ecce prandium meum parauit tauros meos & quae
ad saginati sunt occisa sunt & omnia parata. uenite ad nuptias.
Illi autem neglexerunt & abierunt alius quidem in uillam
suam alius uero ad negotiationem suam. Reliqui autem
tenuerunt seruos eius & contumeliis adfectos occiderunt.
Rex autem cum audisset iratus est & mittens exercitus suos
perdidit homicidas illos & ciuitatem illorum incendit. Tunc
dicit seruis suis. nuptiae quidem paratae sunt sed qui uocati
erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum & quos-
cumque inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius
in uias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos &
bonos & impletae sunt nuptiae discumbentium. Intrauit
autem rex ut uideret discumbentes & uidit ibi hominem non
uestitum ueste nuptiali & ait illi. amice quomodo huc intrasti
non habens ueste nuptiali. At ille obmutuit. Tunc dixit rex
ministris. ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in
tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium. Multi
enim sunt uocati pauci uero electi.

Tunc abiit pharisaei & consilium inierunt ut eum capiant
in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis
dicentes. magister scimus quia uerax es & uiam dei in ueritate
doces & non est tibi cura de quoquam non enim respicis
personam hominum. dic ergo nobis quid tibi uidetur licet
dare tributum caesari an non. Cognita autem ihs nequitia
eorum ait. quid me temptatis hypocritae. ostendite mihi
numisma tributi. At illi obtulerunt ei denarium. Et dicit
illis. cuius est imago haec & superscriptio. Dicunt ei. caesaris.
Tunc ait illis. reddite ergo quae sunt caesaris caesari & quae
sunt dei deo. Et audientes mirati sunt & relicto eo abierunt.

In illo tempore accesserunt ad ihm sadducaei qui dicunt non
esse resurrectionem & interrogauerunt eum dicentes. magister
moyses dixit si quis mortuus fuerit non habens filios ut
ducat frater eius uxorem illius & suscitet semen fratri suo.
Erant autem apud nos septem fratres & primus uxore ducta
defunctus est & non habens semen reliquit uxorem suam
fratri suo. Similiter secundus & tertius usque ad septimum.
Nouissime autem omnium defuncta est & mulier. In resurrec-
tione ergo cuius de septem erit uxor. omnes enim habuerunt
eam. Respondens autem ihs dixit eis. errate nescientes scrip-
turas neque uirtutem dei. In resurrectione enim neque nubent
neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in caelo. De resur-
rectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo
dicente. ego sum deus abraham & deus isaac & deus iacob.
non est deus mortuorum sed uiuorum. Et audientes turbae
mirabantur in doctrina eius.

Pharisaei autem audientes quia silentium imposuit sadducaeis
conuenerunt in unum & interrogauit unus ex eis legis doctor
temptans eum & dicens. magister quod mandatum magnum
est in lege. Ihs autem dixit illi. diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo & in tota anima tua & in tota mente tua.
Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem
simile est huic. diliges proximum tuum sicut te ipsum.
In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetae.
Congregatis autem pharisaeis interrogauit eos ihs dicens.
quid uobis uidetur de christo cuius filius est. Dicunt ei.
dauid. Ait illis. quomodo ergo dauid in spiritu uocat eum
dominum dicens. dixit dominus domino meo sede a dextris
meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Si ergo dauid uocat eum dominum quomodo filius eius est.
Et nemo poterat ei respondere uerbum neque ausus fuit
quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Tunc ihs locutus est ad turbas & ad discipulos suos dicens.
super cathedram moyses sederunt scribae & pharisaei. Omnia
ergo quae dixerint uobis seruate & facite secundum uero
opera eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt.
Alligant autem onera grauia & importabilia & imponunt
in humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere.
Omnia autem opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus.
Dilatant enim phylacteria sua & magnificant fimbrias
uestimentorum suorum. Amant autem primos discubitus in
conuiuiis & primas cathedras in synagogis & salutationes in
foro & uocari ab hominibus rabbi. Uos autem nolite uocari
rabbi. unus enim est magister uester omnes autem uos fratres
estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. unus enim
est pater uester qui in caelis est. Nec uocemini magistri
quia magister uester unus est christus. Qui maior est uestrum
erit minister uester. Quicumque autem se exaltauerit humi-
liabitur & qui se humiliauerit exaltabitur.

Vae autem uobis scribae & pharisaei hypocritae quia clauditis
regnum caelorum ante homines. Uos enim non intratis nec
introeuntes sinitis intrare. Uae uobis scribae & pharisaei
hypocritae quia circuitis mare & aridam ut faciatis unum
proselytum & cum fuerit factus facitis eum filium gehennae
duplo quam uos. Uae uobis duces caeci qui dicitis quicumque
iurauerit per templum nihil est quod autem iurauerit in auro
templi debet. Stulti & caeci. quid enim maius est aurum an
templum quod sanctificat aurum. Et quicumque iurauerit in
altari nihil est quod autem iurauerit in dono quod est super
illud debet. Caeci. quid enim maius est donum an altare
quod sanctificat donum. Qui ergo iurauerit in altari iurat in
eo & in omnibus quae super illud sunt. Et qui iurauerit in
templo iurat in illo & in habitante in eo. Et qui iurauerit
in caelo iurat in throno dei & in sedente super eum.

Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae quia decimatis
mentam & anethum & cyminum & reliquistis quae graviora
sunt legis iudicium & misericordiam & fidem. Haec autem
oportuit facere & illa non omittere. Duces caeci excolantes
culicem camelum autem glutientes. Uae uobis scribae &
pharisaei hypocritae quia mundatis quod de foris est calicis
& paropsidis. intus autem pleni estis rapina & immunditia.
Pharisaee caece munda prius quod intus est calicis & paropsidis
ut fiat quod de foris est mundum. Uae uobis scribae & pharisaei
hypocritae quia similes estis sepulchris dealbatis quae foris
parent hominibus speciosa intus autem plena sunt ossibus
mortuorum & omni spurcitia. Sic & uos a foris quidem
paretis hominibus iusti intus autem pleni estis hypocrisi &
iniquitate. Uae uobis scribae & pharisaei hypocritae quia
aedificatis sepulchra prophetarum & ornatis monumenta
iustorum & dicitis. si fuissemus in diebus patrum nostrorum
non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque
testimonium perhibetis uobismetipsis quod filii estis eorum
qui prophetas occiderunt. Et uos implete mensuram patrum
uestrorum. Serpentes generatio uiperarum quomodo fugietis
a iudicio gehennae. Propterea ecce ego mitto ad uos prophetas
& sapientes & scribas & ex illis occidetis & crucifigetis &
ex eis flagellabitis in synagogis uestris & persequemini de
ciuitate in ciuitatem. Ut ueniat super uos omnis sanguis
iustus qui effusus est super terram a sanguine abel iusti usque
ad sanguinem zachariae filii barachiae quem occidistis inter
templum & altare. Amen dico uobis uenient haec omnia
super generationem istam.

Hierusalem hierusalem quae occidis prophetas & lapidas eos
qui missi sunt ad te quoties uolui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & non
uoluisti. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico
enim uobis non me uidebitis amodo donec dicatis benedictus
qui uenit in nomine domini.

Et egressus ihs de templo ibat & accesserunt discipuli eius
ostendere ei aedificationem templi. Ihs autem dixit illis.
uidetis haec omnia. amen dico uobis non relinquetur hic
lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo
super montem oliueti accesserunt discipuli eius ad eum
seorsum dicentes. dic nobis quando haec erunt & quod
signum aduentus tui & consummationis saeculi. Et respondens
ihs dixit eis. uidete ne quis uos seducat. multi enim uenient
in nomine meo dicentes. ego sum christus & multos seducent.
Audituri autem estis proelia & opiniones proeliorum. Uidete
ne turbemini. oportet enim haec fieri sed nondum est finis.
Surget enim gens contra gentem & regnum aduersus regnum
& erunt pestilentiae & fames & terraemotus per loca. Haec
autem omnia initia dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem
& occident uos & eritis odio omnibus gentibus propter nomen
meum. Et tunc scandalizabuntur multi & inuicem tradent &
odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetae surgent &
seducent multos. Et quoniam abundauit iniquitas refrigescet
caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit. Et praedicabitur hoc euangelium regni in
uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus & tunc
ueniet consummatio. Cum ergo uideritis abominationem
desolationis quae dicta est a daniele propheta stantem in loco
sancto qui legit intellegat. Tunc qui in iudaea sunt fugiant
ad montes. Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de
domo sua. Et qui in agro non reuertatur tollere tunicam
suam. Uae autem praegnantibus & nutrientibus in illis diebus.
Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato.
Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio
mundi usque modo neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies
illi non fieret salua omnis caro sed propter electos breuiabuntur
dies illi. Tunc si quis uobis dixerit. ecce hic christus aut
illic nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudo-
prophetae & dabunt signa magna & prodigia ita ut in errorem
inducantur in ipsis electi. Ecce praedixi uobis. Si ergo dixerint
uobis. ecce in deserto est nolite exire. ecce in penetralibus
nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret usque
in occidentem ita erit & aduentus filii hominis. Ubicumque
fuerit corpus illic congregabuntur aquilae. Statim autem post
tribulationem dierum illorum sol obscurabitur & luna non
dabit lumen suum & stellae cadent de caelo & uirtutes caelorum
mouebuntur. Et tunc parebit signum filii hominis in caelo &
tunc plangent omnes tribus terrae & uidebunt filium hominis
uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa & maiestate.
Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna & congregabunt
electos eius a quattuor uentis a summis caelorum usque ad
terminos eorum. Ab arbore autem ficulnea discite parabolam.
cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata germinauerit
scitis quia prope est aestas. Ita & uos cum uideritis haec
omnia scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis quia
non praeteribit generatio haec donec omnia haec fiant.
Caelum & terra transibunt uerba autem mea non praeteribunt.
De die autem illa & hora nemo scit neque angeli caelorum
nisi solus pater. Sicut autem in diebus noe ita erit & aduentus
filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium
comedentes & bibentes uxores ducentes & nubentes usque
ad eum diem quo intrauit noe in arcam & non cognouerunt
donec uenit diluuium & tulit omnes sic erit & aduentus filii
hominis. Tunc duo erunt in agro unus assumetur & unus
relinquetur. Duae molentes in mola una assumetur & una
relinquetur. Uigilate ergo quia nescitis qua hora dominus
uester uenturus sit. Illud autem scitote quod si sciret pater
familias qua hora fur uenturus esset uigilaret utique & non
sineret perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati quia
qua hora non putatis filius hominis uenturus est. Quis putas
est seruus fidelis & prudens quem constituit dominus super
familiam suam ut det illis escam in tempore. Beatus ille
seruus quem cum uenerit dominus inuenerit sic facientem.
Amen dico uobis quia super omnia bona sua constituet eum.
Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo. moram facit
dominus meus uenire & coeperit percutere conseruos suos
manducet autem & bibat cum ebriosis. ueniet dominus serui
illius in die qua non sperat & hora qua ignorat & diuidet
eum partemque eius cum hypocritis ponet. Ibi erit fletus &
stridor dentium.

Tunc simile erit regnum caelorum decem uirginibus quae
accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsae.
Quinque autem ex eis erant fatuae & quinque prudentes.
Sed fatuae acceptis lampadibus non sumpserunt oleum
secum. Prudentes autem acceperunt oleum in uasis suis cum
lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitauerunt
omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est.
ecce sponsus uenit exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes
uirgines illae & ornauerunt lampades suas. Fatuae autem
sapientibus dixerunt. date nobis de oleo uestro quia lampades
nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes.
ne forte non sufficiat nobis & uobis ite potius ad uendentes
& emite uobis. Dum autem irent emere uenit sponsus & quae
paratae erant intrauerunt cum eo ad nuptias & clausa est
ianua. Nouissime autem ueniunt & reliquae uirgines dicentes.
domine domine aperi nobis. At ille respondens ait. amen
dico uobis nescio uos. Uigilate ergo quia nescitis diem neque
horam.

Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos &
tradidit illis bona sua & unicuique dedit uirtutem suam &
proficiscitur. Et statim abiit qui quinque talenta acceperat
& operatus est in eis & lucratus est alia quinque. Similiter
qui duo accepit lucrifecit alia duo. Qui autem unum accepit
abiit & fodit in terra & abscondit pecuniam domini sui.
Post multum autem temporis uenit dominus seruorum illo-
rum & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque
talenta acceperat obtulit alia quinque talenta dicens. domine
quinque talenta mihi tradidisti. ecce alia quinque lucratus
sum. Ait illi dominus eius. euge serue bone & fidelis quia
super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra
in gaudium domini tui. Accedens autem & qui duo talenta
acceperat ait. domine duo talenta mihi tradidisti. ecce alia
duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. euge serue bone &
fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam
intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui unum
talentum acceperat ait. domine scio te quia homo austerus
es metis ubi non seminasti & congregas ubi non sparsisti.
Et timens abii & abscondi talentum tuum in terra. ecce habes
quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei.
serue male & piger sciebas quia meto ubi non seminaui &
congrego ubi non sparsi. oportuit ergo te mittere pecuniam
meam nummulariis & ego uenissem recepissem utique quod
meum est cum usura. Tollite ergo ab eo talentum & date
ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur &
abundabit. ei autem qui non habet & quod uidetur habere
auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exte-
riores. ibi erit fletus & stridor dentium.

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes
angeli cum eo tunc sedebit super sedem maiestatis suae &
congregabuntur ante eum omnes gentes & separabit eos ab
inuicem sicut pastor segregat oues ab haedis & statuet oues
quidem a dextris suis haedos autem a sinistris. Tunc dicet
rex his qui a dextris eius erunt. uenite benedicti patris mei
possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi.
Esurui enim & dedistis mihi manducare sitiui & dedistis mihi
bibere hospes eram & collegistis me nudus & cooperuistis me
infirmus & uisitastis me in carcere & uenistis ad me. Tunc
respondebunt ei iusti dicentes. domine quando te uidimus
esurientem & pauimus aut sitientem & dedimus potum
quando autem te uidimus hospitem & collegimus aut nudum
& cooperuimus quando autem te uidimus infirmum aut in
carcere & uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis.
amen dico uobis quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis
minimis mihi fecistis. Tunc dicet & his qui a sinistris erunt.
discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est
diabolo & angelis eius. Esurui enim & non dedistis mihi
manducare sitiui & non dedistis mihi bibere hospes eram &
non collegistis me nudus & non cooperuistis me infirmus &
in carcere & non uisitastis me. Tunc respondebunt & ipsi
dicentes. domine quando te uidimus esurientem aut sitientem
aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere & non
ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis dicens. amen dico
uobis quamdiu non fecistis uni ex minoribus his nec mihi
fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum iusti autem in
uitam aeternam.

Et factum est cum consummasset ihs sermones hos omnes
dixit discipulis suis. scitis quia post biduum pascha fiet &
filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt
principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis
sacerdotum qui dicebatur caiaphas & consilium fecerunt ut
ihm dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem non in die
festo ne forte tumultus fieret in populo.

Cum autem esset ihs in bethania in domo simonis leprosi
accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi
& effudit super caput ipsius recumbentis. Uidentes autem
discipuli indignati sunt dicentes. ut quid perditio haec.
potuit enim istud uenire multo pretio & dari pauperibus.
Sciens autem ihs ait illis. quid molesti estis huic mulieri
opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes
habetis uobiscum me autem non semper habetis. Mittens
enim haec unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum
me fecit. Amen dico uobis ubicumque praedicatum fuerit
hoc euangelium in uniuerso mundo dicetur & quod haec fecit
in memoriam eius.

Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur iudas iscariotes
ad principes sacerdotum & ait illis. quid uultis mihi dare
& ego uobis eum tradam. At illi constituerunt ei triginta
argenteos. Et exinde quaerebat opportunitatem ut eum
traderet.

Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad ihm
dicentes ei. ubi uis paremus tibi comedere pascha. Ihs autem
dixit. ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei. magister dicit
tempus meum prope est apud te facio pascha cum discipulis
meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihs & paraue-
runt pascha. Uespere autem facto discumbebat cum duodecim
discipulis suis. Et edentibus illis dixit. amen dico uobis quia
unus uestrum me traditurus est. Et contristati ualde coeperunt
singuli dicere. numquid ego sum domine. Ille autem respondens
ait. qui intingit mecum manum in paropside hic me tradet.
filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo. uae
autem homini illi per quem filius hominis tradetur. bonum
erat ei si natus homo ille non fuisset. Respondens iudas qui
tradidit eum dixit. numquid ego sum rabbi. Ait illi. tu dixisti.
Cenantibus autem illis accepit ihs panem & benedixit ac
fregit deditque discipulis suis & ait. accipite & comedite.
hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit &
dedit illis dicens. bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis
meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum. Dico autem uobis non bibam amodo de hoc
genimine uitis usque in diem illum cum illud bibam uobiscum
nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem
oliueti.

Tunc ihs dicit illis. omnes uos scandalum patiemini in me
in nocte ista. scriptum est enim. percutiam pastorem & dispe-
rgentur oues gregis. Postquam autem resurrexero praecedam
uos in galilaeam. Resp

incolloetuſ &demergatur inprofundummariſ

RESPONDENSAUTIOHANNSDIXIT·MAGISTER

uidimuſquendam innominetuo eicientemdaemonia·
&prohibuimuseumquianonſequiturnobiſcum· Ihſaute
ait· Nolitephibereeum· Nemoeſtenimquifaciatuirtu
tem innominemeo· &poſſitcitomaleloquideme· quiem
noneſtaduerſuſuoſ· prouobiſeſt Uaemundoabſ
candaliſ· Neceſſeeſtenim utuenıant ſcandala· uerum
tamen uehominiquiſcandalūuenit Siautemmanuſtua uelpeſtuuſ ſcandalizatte· abſcideeum
&proiceabſte· Bonumtibieſtaduitam ingredidebilem
utdaudum quāduasmanuſ utduoſpedeſ habentem mitta
inignemaeternum Etſioculuſtuuſ ſcandalizatte eruе
eum &proiceabſte· Bonumtibieſt luſcum inuitaregnare
quamduoſoculoſ habentem mittiinGehannam ignis
Ubiuermiseorumnonmoritur &ignisnonextinguitur
Omniſenimignefallietur &omiſuctima ſalefallietur
UIDETENECONTEMNATISUNUMEXHISPUSIL
dicoenimuobiſquiaangelieorum incaeliſſempudent
faciempatriſmeiquiincaeliſ Uenitenimfiliuſho
miniſſaluareqdperierat Et Etaitadilloſ parabolā
iſtadicenſ Et Quiduobuid&ur ſifuerithalicuicentū
ouesſ&erraueritunaexeiſ nonmerelinquit xcviiii inmon
tibuſuelindeſerto· &iuadetquaerereeam· inponitinhu

merossuos gaudens & ueniens domū conuocat amicos & uici
nos dicens illis. Congratulamini mihi quia inueni ouē meā
quae perierat ch Amēn dico uobis quia gaudebit sup eā
magis quā sup xcviiii qui non errauerunt & non indigent
paenitentia. Si non est uoluntas ante patrem uīm quum
caelis est ut pereat unus de pusillis istis Lc Aut quae mulier
habens dragmas x si perdiderit dragmam unā. nonne accen
dit lucernam & euertit domū. & quaerit diligenter donec inue
niat. Et cum inuenerit conuocat amicas & uicinas dicens.
congratulamini mihi quia inueni dragmā quā perdideram
Ita dico uobis gaudium erit coram angelis dei sup uno
peccatore paenitentiam agente ch Lc Qua sup xcviiii iustis
qui non indigent paenitentia Lc

Ait homo quidā habuit duos filios et dixit
adulescentior ex illis patri. Pater da mihi portionē substan
tiae quae me contingit. & diuisit illis substantiam. & non post
multos dies congregatis omnibus adulescentior filius peregre pro
fectus est in regionem longinquā & ibi dissipauit substantiam suā
uiuendo luxuriose. & postquam omnia consummasset. facta est
fames ualida in regione illa. & ipse coepit egere & abiit & adhesit
uni ciuium regionis illius & misit illum in uillam suā ut pasce
ret porcos. & cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas
porci manducabant & nemo illi dabat Ingressus autem ad se dixit
Quanti mercenarii in patris mei panibus abundant. Ego aut

Si in xc ix iustis q̄ non egent non indiget pna agi ut inueniat mai in ipios exultare. q̄ eos care et seruare. q̄ si unus q̄ erit potestas maius mje et maius gaudiū

Lc dico uob q̄ gaudiū erit celo sup uno pctore pen tentia agente q̄ sup xc ix iustis q̄ non indiget penitentia

Amice reuerteue sup ne pr tes q̄ tanto do uerta sit. q̄to est uicini ꝓplent q̄s uocat diu p exhibitionē gre hoiby impese ad amo re sui uehementi accendit

Nota q̄ in die ogtula mus ouis iuuete si in q̄ gaudiū el ⁊ usta nra

Maior gla et matialau dis fuit i restauratōe hoīs q̄ i creatōe agloy.

Maior gla ⁊ reformatis pdita restaurare. q̄ ea q̄ sine mota retinē.

Magis duc gaudet de matre pare. q̄ magis gaudet nos fac. q̄ de agloy multa uirtute

Nota parola de iudo et gnali. ge nali aū de penitēte et ito. t q̄ sit in acupi p

uoluptas sp ꝓ tione sus. illaqat

Longinqua ubi uenit a se recessit

Bene i se reuīt

o

Bene i se reuīt

Nō ydol atura in utute destruor

℣ Ad filij alterius q̄ ꝺra q̄ pars sit ee ñ ambigit. ꝺ ꝺspurare ñ ꝑsumit. ſ; ñ necessary testis
ñ ade seruitutibus delidato. ſ; ñ hũe ſ ñ pña. ꝺ ꝺspurare se ꝓbare posse testes

℣ ſ ipo gsentie xla
uy q̄ tuj solu pene
trant ecclj

hic fame pereo. surgam & ibo ad patrem meum & dicam illj
℣ Cor. agitat spiritalis leis q; anab i qb̄ legit ꝺi.
pater peccaui in caelum & coram te & iam non sum dignus
uocarj filius tuus. fac me sicut unum de mercenarijs. ℣ ſ
℣ In e gl̄ntur ꝑ fidē tuã pecuj fructuosa posse ee stellio.
surgens uenit ad patrem suum. ℣ Cum adhuc longe ee
uidit illum pater ipsius & misericordia motus est & accurrens cecidit super collum ei & osculatus est illū. dixitq; ei
℣ q. ecclesie ter tum relinq
filius. pater peccaui in caelum & coram te. Iam non sum dignus
uocarj filius tuus. dixit autem pater ad seruos suos. ℣ to adjutores i ecclesia uyres.
℣ Vestē ſ̄s lei ℣ Signaculum sit in dis ꝛ. ℣ capillo rum.
Cito proferte stolam primam & induite illū & date anulū in manu eius
& calciamenta in pedes. ℣ ſ ꝛ. ecclesiā molat
& adducite uitulum saginatum & occidite.
℣ audiū ÷ cora do sup imo. p. p. a ℣ ꝑ ihesum xp̄m
& manducemus & epulemur quia hic filius meus mortuus
℣ ꝑ fidē ℣ ꝛ ced do a gsto sco ℣ Reddit mihi ecclē
fuerat & reuixit perierat & inuentus est. Et ceperunt
℣ in tirens epulē tota a gsilio pte
epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum ueniret
& adpropinquaret domui. Audiuit symphoniam & chorum
& uocauit unum de seruis & interrogauit quae haec essent
℣ sine gbrieu ℣ laus ei ab ecclesiis tue
ipse. dixit illi. frater tuus uenit & occidit pater tuus uitulum
saginatum. quia saluum illum recepit. Indignatus est autem
& nolebat introire. pater ergo illius egressus coepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis
℣ ſ ñ & ibi ſ̄s ſ̄ ꝑ ſ̄ ꝑ q ad ꝺ
lata ñ ſ̄ ſ̄ ſ̄
℣ ſ ꝑ ꝺ uno ꝺo toledo
seruio tibi & nunquam mandatum tuum praeterui. & nunquam
dedisti mihi hoedum ut cum amicis meis epularer. Sed post
quam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit
℣ li delinas tuide.
illi. fili tu semper mecum es & omnia mea tua sunt. Epulari autem
℣ In ecclia beate uirginis ꝺ ſ̄ singla. ℣ singlor ꝺia. nra ſ̄ ꝑ ꝺ ad ygdeū
nra ecclia ad quiēs nra ecclia ad ꝺmand sic ꝛ. cipedras
nich sine agricultura ꝛ. ecclia carrucas tenet.

ARCHIFES

ℌ or bonuoluntia ab hijs q̄ offedit corrigat.

ℌ si peccauerit te. Si tu i dm̄ nr̄m mū ad uitrey

℣ Si peccauerit. q̄ dicat. Nolo septies pusillū. ℌ si pec cauerit ī te. ℣.

ℌ ondie ſcandala uitare debem⁹ neq; lēdam⁹ p̄ximū. ℣ peccātē zelo ſuo corripiam⁹. ℣ penitētiā mihi uisa p̄mittam⁹.

℣ Ne pniciet corrigēdi uicegdā p̄dam q̄ p̄dicta ℣ p̄cēs p̄manent.

℣ p̄ alīs talibē ℣ sal⁹ acquīt

℣ Studio corrigēdi ℣ gnāndi ſ. cetera

℣ passi iudicij peccātis dimittere. ℌ penitētij. ℣ peccata iudicij fidei peccare taceo siē penitētiā in dīs. ℣. Sā q̄ dixit si peccauerit dimittet. q̄ fecit si peccauit. ℣ ſepties in die. ℣.

Jo. q̄ remittim⁹ peccā remittēt eis. ℣ q̄ retinuerim⁹ retēta ſ.

ℌ ſi peccauerit ſ. ℣

Ne attendite uob. si peccauerit frāt⁹ tuus ℣ pēnā illi. ℣ si pnīa tibi egerit dimitte illi. ℣ ſi. vij. ℣ die peccauerit. ℣ si vij. ℣ die ꝯuersus fuerit ad te. dicēs penitet me: dimitte illi.

Attendite uobisipsis. Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. ℌ Si autem te non audierit adhibe tecum adhuc unum uel duos. ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos dic ecclesiae. Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut & mi⁹ & publicanus. ℌ Lo Amen dico uobis quaecumq; alliga uerit⁹ super terrā erunt ligata & in caelo. & quaecumq; solueritis super terrā erunt soluta & in caelo. ℌ Iterum dico uobis quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quancumq; petierint fiet illis a patre meo qui in caelis est. Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. ℌ Le Tunc accedens petrus ad eum dixit. ℣ Quotiens peccauit in me frater meus & dimittā ei usq; septies. ℌ Dicit illi ihs. Non dico tibi usq; septies. ℌ Sed usq; septuagies septies.

℣ Penitēs ℌ ſ. ℣ bis

℣ Nota alia dat⁹ uenia p̄terq; fidei. ℣ in nob. ſ. secta ecc̄ē cōmuniter sic ioseph filius ℣ ſic tota negocio clam. uir do lugēs saul.

Ideo ad similatum est regnum caelorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. ℣ Tipue ex ℣ q̄ mūta exp; examinare

& cum coepisset rationem ponere. oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet. Iussit eum dominus uenundari & uxorem eius & filios

&omaquehabebat&reddi· procidensautē seruusille ora
bateumdicens· patientiamhabemme&omāreddamtibi·
Misertusautēdominusseruilliusdimisiteū&debitumdi
misitei· Egressusautēseruusille· Inuenit unumdeconser
uussuusquidebebatecentumdenarios&tenenssuffocabat
eumdicens· Reddequoddebes· Etprocidensconseruus
eius· rogabateumdicens· patientiam habeimme&omā
reddamtibi· Illeautēnoluit sedabiit&misiteum Incarce
rem donecredderetdebitum· Uidentesautēconseruieius
quaefiebant contristatisunt ualde· &uenerunt&narra
uerunt domnosuo omāquaefactaerant· Tuncuocauit
illumdominussuus&ait illi· Seruenequāomnedebitum
dimisitibiqm̄rogastime· Nonergooportuit&temisere
ri conseruitui sicut&ego tui misertussum· Etiratusdominus
eius tradiditeumtortoribus quoadusq; redderet uniuer
sum debitum· Sic&pater mscaelestis faciatuobis· sinonre
miseritusunusquisq· fratrisuodecordibusuris·

CII

ET FACTUMESTCUMCONSUMMASSETIHSSER
monesistosmigrauitagalilea· &uenitinfinesiudeaetrans
iordanen· &secutaesunteumturbemultae&curauitteosibi·
&Accesserunt adeum pharisaeitemptanteseum&dicentes
Silicethominidimittereuxoremsuāquacumque ex causā
Quirespondens ait·
masculū&femminam fecitteos· &dixit· propterhocdimittet

homo patrem & matrem & adhęrebit uxori suae & erunt
duo in carne una · Itaq · iam non sunt duo · sed una caro
Quod ergo deus coniunxit · homo non separet · Dicunt illi
Quid ergo moses mandauit dari libellum repudii & dimitti
Dicit illis · Quoniam moses ad duritiam cordis uestri permisit uobis
dimittere uxores uestras · Ab initio autem non sic fuit
Dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi
ob fornicationem · & aliam duxerit moechatur · & qui dimissam
a uiro moechatur · Dicunt ei discipuli eius · Si ita est
causa hominis cum uxore non expedit nubere · Qui dixit
eis · Non omnes capiunt uerbum istud · sed quibus datum est
Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt · & sunt
eunuchi qui facti sunt ab hominibus · & sunt eunuchi qui
seipsos castrauerunt propter regnum caelorum · Qui potest
perecapiat
TUNC OBLATI SUNT EI PARVULI UT MANUS EIS
imponeret & oraret · discipuli autem increpabant eos · Iesus
uero ait eis · Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me
uenire · Talium est enim regnum caelorum · & cum imposuisset
eis manus · abiit inde · Et ecce adolescens · Et ecce unus
ait illi · Magister bone · quid boni faciam ut habeam
uitam aeternam · Qui dixit ei · Quid me interrogas de bono
unus est bonus · Deus · Si autem uis ad uitam ingredi
serua mandata · Dicit illi · Quae · Iesus autem dixit · Non
homicidium non furtum non falsum testimonium · Honora
patrem & matrem · & diliges proximum tuum sicut te ipsum ·
Dicit illi adolescens · Omnia haec custodiui a iuuentute mea ·
quid adhuc mihi deest · Ait illi Iesus · Si uis perfectus esse
uade · & uende quae habes · & da pauperibus · & habebis
thesaurum in caelo · & ueni · sequere me · Audiens autem
adolescens uerbum abiit tristis · erat enim habens multas
possessiones · Iesus autem discipulis suis dixit · Amen dico
uobis quia diues difficile intrabit in regnum caelorum · Et
iterum dico uobis · Facilius est camelum per foramen acus
transire · quam diuitem intrare in regnum caelorum · Audientes
autem discipuli mirabantur nimis · dicentes · Quis ergo
potest saluus fieri · Aspiciens autem Iesus dixit illis · Apud
homines hoc impossibile est · apud deum autem omnia possibilia
sunt · Tunc respondens Petrus dixit ei · Ecce nos reliquimus
omnia & secuti sumus te · Quid ergo erit nobis · Iesus autem
dixit illis · Amen dico uobis · quod uos qui secuti estis me
in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis
suae · sedebitis & uos super sedes duodecim · iudicantes
duodecim tribus israhel · Et omnis qui reliquerit domum
uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem
aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet
& uitam aeternam possidebit · Multi autem erunt primi
nouissimi · & nouissimi primi ·

Simile est regnum caelorum homini patri familias qui
exiit primo mane conducere operarios in uineam suam ·
Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno
misit eos in uineam suam · Et egressus circa horam tertiam
uidit alios stantes otiosos in foro · & dixit illis · Ite &
uos in uineam meam · & quod iustum fuerit dabo uobis ·
Illi autem abierunt · Iterum autem egressus circa horam
sextam & nonam fecit similiter · Circa undecimam uero
exiit & inuenit alios stantes & dicit illis · Quid hic statis
tota die otiosi · Dicunt illi · Quia nemo nos conduxit ·
Dicit illis · Ite & uos in uineam meam · & quod iustum
fuerit accipietis · Cum sero autem factum esset dicit dominus
uineae procuratori suo · Voca operarios & redde illis mercedem
incipiens a nouissimis usque ad primos · Cum ergo uenissent
qui circa undecimam horam erant · acceperunt singulos denarios ·
Uenientes autem & primi arbitrati sunt quod plus essent
accepturi · & acceperunt & ipsi singulos denarios · Et accipientes
murmurabant aduersus patrem familias dicentes · Quia hi
nouissimi una hora fecerunt & pares illos nobis fecisti qui
portauimus pondus diei & aestus · Qui respondens uni eorum
dixit · Amice non facio tibi iniuriam · nonne ex denario
conuenisti mecum · Tolle quod tuum est & uade · Uolo autem
& huic nouissimo dare sicut & tibi · Aut non licet mihi quod
uolo facere · an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum ·
Sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi · Multi enim
sunt uocati pauci uero electi ·

Et ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos
secreto in itinere & ait illis · Ecce ascendimus Hierosolymam
& filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis
& damnabunt eum morte · & tradent eum gentibus ad illudendum
& flagellandum & crucifigendum · & tertia die resurget ·
Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis
adorans & petens aliquid ab eo · Ait illi · Quid uis · Dicit
illi · Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam
& unus ad sinistram tuam in regno tuo · Respondens autem
Iesus dixit · Nescitis quid petatis · Potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum · & baptismo quo ego baptizor baptizari ·
Dicunt illi · Possumus · Ait illis · Calicem quidem meum bibetis
& baptismo quo ego baptizor baptizabimini · Sedere autem ad
dexteram meam & ad sinistram meam non est meum dare uobis
sed quibus paratum est a patre meo · Et audientes decem
indignati sunt de duobus fratribus · Iesus autem conuocauit
eos & ait · Scitis quia principes gentium dominantur eorum
& qui maiores sunt potestatem exercent in eos · Non ita erit
inter uos · sed quicumque uoluerit inter uos primus esse
erit uester seruus · Et quicumque uoluerit in uobis primus
esse erit uester seruus · Sicut filius hominis non uenit ut
ministretur ei · sed ut ministret & det animam suam redemptionem
pro multis ·

Et egredientibus illis ab Hiericho secuta est eum turba
multa · Et ecce duo caeci sedentes secus uiam audierunt quia
Iesus transiret & clamauerunt dicentes · Miserere nostri
domine fili dauid · Turba autem increpabat eos ut tacerent ·
At illi magis clamabant dicentes · Miserere nostri domine
fili dauid · Et stetit Iesus & uocauit eos & ait · Quid uultis
faciam uobis · Dicunt illi · Domine ut aperiantur oculi nostri ·
Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum · & continuo
uiderunt & secuti sunt eum ·

Et cum appropinquassent Hierosolymis & uenissent Bethphage
ad montem Oliueti · tunc Iesus misit duos discipulos suos
dicens eis · Ite in castellum quod contra uos est · & statim
inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea · Soluite &
adducite mihi · Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia
dominus his opus habet · & continuo dimittet eos · Hoc autem
factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam
dicentem · Dicite filiae sion · Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus
sedens super asinam & pullum filium subiugalis · Euntes autem
discipuli fecerunt sicut praecepit illis Iesus · & adduxerunt
asinam & pullum & imposuerunt super eos uestimenta sua &
eum desuper sedere fecerunt · Plurima autem turba straverunt
uestimenta sua in uia · Alii autem caedebant ramos de arboribus
& sternebant in uia · Turbae autem quae praecedebant eum
& quae sequebantur clamabant dicentes · Hosanna filio dauid ·
Benedictus qui uenit in nomine domini · Hosanna in excelsis ·
Et cum intrasset Hierosolymam commota est uniuersa ciuitas
dicens · Quis est hic · Populi autem dicebant · Hic est Iesus
propheta a Nazareth Galilaeae · Et intrauit Iesus in templum
dei & eiciebat omnes uendentes & ementes in templo · & mensas
nummulariorum & cathedras uendentium columbas euertit ·
Et ait illis · Scriptum est · Domus mea domus orationis uocabitur ·
Uos autem facitis eam speluncam latronum · Et accesserunt
ad eum caeci & claudi in templo & sanauit eos · Uidentes
autem principes sacerdotum & scribae mirabilia quae fecit &
pueros clamantes in templo & dicentes · Hosanna filio dauid ·
indignati sunt · & dixerunt ei · Audis quid isti dicunt · Iesus
autem dixit illis · Utique · Nunquam legistis quia ex ore
infantium & lactentium perfecisti laudem · Et relictis illis
foras abiit Bethaniam & mansit ibi · Mane autem reuertens
in ciuitatem esuriit · Et uidens fici unam secus uiam uenit
ad eam & nihil inuenit in ea nisi folia tantum · & ait illi ·
Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum · Et aruit
continuo ficulnea · Et uidentes discipuli mirati sunt dicentes ·
Quomodo continuo aruit ficulnea · Respondens autem Iesus
ait illis · Amen dico uobis · si habueritis fidem & non haesitaueritis
non solum de ficulnea facietis sed & si montibus huic dixeritis ·
Tollere & mittere in mare fiet · Et omnia quaecumque petieritis
in oratione credentes accipietis ·

Et cum uenisset in templum accesserunt ad eum docentem
principes sacerdotum & seniores populi dicentes · In qua
potestate haec facis · & quis tibi dedit hanc potestatem ·
Respondens autem Iesus dixit illis · Interrogabo & ego uos
unum uerbum quod si dixeritis mihi & ego dicam uobis in qua
potestate haec facio · Baptismus Iohannis unde erat · de caelo
an ex hominibus · At illi cogitabant inter se dicentes · Si
dixerimus de caelo dicet nobis · Quare ergo non credidistis
ei · Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam · omnes
enim habent Iohannem sicut prophetam · Et respondentes
Iesu dixerunt · Nescimus · Ait illis & ipse · Nec ego dico
uobis in qua potestate haec facio · Quid autem uobis uidetur ·
Homo quidam habuit duos filios & accedens ad primum dixit ·
Fili uade hodie operare in uinea mea · Ille autem respondens
ait · Nolo · Postea autem paenitentia motus abiit · Et accedens
ad alterum dixit similiter · Ille autem respondens ait · Eo
domine · & non abiit · Quis ex duobus fecit uoluntatem patris ·
Dicunt illi · Primus · Dicit illis Iesus · Amen dico uobis
quia publicani & meretrices praecedunt uos in regnum dei ·
Uenit enim ad uos Iohannes in uia iustitiae & non credidistis
ei · publicani autem & meretrices credidere ei · Uos autem
cum uidissetis nec paenitentiam habuistis postea ut credatis
illi · Aliam parabolam audite · Homo erat paterfamilias qui
plantauit uineam & sepem circumdedit ei & fodit in ea lacum
& aedificauit turrem & locauit eam agricolis & peregre profectus
est · Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit seruos
suos ad agricolas ut acciperent fructus eius · Et agricolae
apprehensis seruis eius alium ceciderunt alium occiderunt
alium uero lapidauerunt · Iterum misit alios seruos plures
quam priores & fecerunt illis similiter · Nouissime autem
misit ad eos filium suum dicens · Uerebuntur filium meum ·
Agricolae autem uidentes filium dixerunt intra se · Hic est
heres uenite occidamus eum & habebimus hereditatem eius ·
Et apprehendentes eum eiecerunt extra uineam & occiderunt ·
Cum ergo uenerit dominus uineae quid faciet agricolis illis ·
Ait illi · Malos male perdet & uineam locabit aliis agricolis
qui reddant ei fructum temporibus suis · Dicit illis Iesus ·
Numquam legistis in scripturis · Lapidem quem reprobauerunt
aedificantes hic factus est in caput anguli · A domino factum
est istud & est mirabile in oculis nostris · Propterea dico
uobis · Quia auferetur a uobis regnum dei & dabitur genti
facienti fructus eius · Et qui cadet super lapidem istum
conquassabitur · super quem autem ceciderit conteret eum ·
Et audientes principes sacerdotum & pharisaei parabolam eius
cognouerunt quod de ipsis diceret · Et quaerentes eum timuerunt
turbas · quoniam sicut prophetam eum habebant ·

Et respondens Iesus iterum dixit in parabolis dicens · Simile
factum est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias
filio suo · Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias
& nolebant uenire · Iterum misit alios seruos dicens · Dicite
inuitatis · Ecce prandium meum parauit tauri mei & altilia
occisa sunt & omnia parata · Uenite ad nuptias · Illi autem
neglexerunt & abierunt alius quidem in uillam suam alius
uero ad negotiationem suam · Reliqui autem tenuerunt seruos
eius & contumeliis adfectos occiderunt · Rex autem cum audisset
iratus est & mittens exercitus suos perdidit homicidas illos
& ciuitatem illorum incendit · Tunc ait seruis suis · Nuptiae
quidem paratae sunt sed qui inuitati erant non fuerunt
dignos · Ite ergo ad exitus uiarum & quotquot inueneritis
uocate ad nuptias · Et egressi serui eius in uias congregauerunt
omnes quos inuenerunt malos & bonos · & impletae sunt
nuptiae discumbentium · Intrauit autem rex ut uideret
discumbentes & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali
& ait illi · Amice quomodo huc intrasti non habens ueste
nuptiali · At ille obmutuit · Tunc dixit rex ministris ligatis
manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores ·
Ibi erit fletus & stridor dentium · Multi enim sunt uocati
pauci uero electi ·

Tunc abeuntes pharisaei consilium inierunt ut comprehenderent
eum in sermone · Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis
dicentes · Magister scimus quia uerax es & uiam dei in ueritate
docens & non est tibi cura de aliquo non enim respicis personam
hominum · Dic ergo nobis quid tibi uidetur licet censum dare
caesari an non · Cognita autem Iesus nequitia eorum ait ·
Quid me tentatis hypocritae · Ostendite mihi numisma census ·
At illi obtulerunt ei denarium · Et ait illis · Cuius est imago
haec & superscriptio · Dicunt ei · Caesaris · Tunc ait illis ·
Reddite ergo quae sunt caesaris caesari & quae sunt dei deo ·
Et audientes mirati sunt & relicto eo abierunt · In illo die
accesserunt ad eum sadducaei qui dicunt non esse resurrectionem
& interrogauerunt eum dicentes · Magister moses dixit · Si
quis mortuus fuerit non habens filios ducat frater eius uxorem
illius & suscitet semen fratri suo · Erant autem apud nos
septem fratres & primus uxorem duxit & defunctus est & non
habens semen reliquit uxorem suam fratri suo · Similiter
secundus & tertius usque ad septimum · Nouissime autem
omnium defuncta est & mulier · In resurrectione ergo cuius
septem erit uxor · Omnes enim habuerunt eam · Respondens
autem Iesus dixit eis · Erratis nescientes scripturas neque
uirtutem dei · In resurrectione enim neque nubent neque
nubentur · sed sunt sicut angeli dei in caelo · Non legistis
autem quod dictum est a deo dicente · Ego sum deus abraham
& deus isaac & deus iacob · Non est deus mortuorum sed
uiuorum · Et audientes turbae mirabantur in doctrina eius ·
Pharisaei autem audientes quia silentium imposuisset sadducaeis
conuenerunt in unum · Et interrogauit unus ex eis legis doctor
temptans eum & dicens · Magister quod est mandatum magnum
in lege · Iesus autem dixit illi · Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo & in tota anima tua & in tota mente tua ·
Hoc est maximum & primum mandatum · Secundum autem simile
est huic · Diliges proximum tuum sicut te ipsum · In his duobus
mandatis uniuersa lex pendet & prophetae · Congregatis autem
pharisaeis interrogauit eos Iesus dicens · Quid uobis uidetur
de christo · cuius filius est · Dicunt ei · David · Ait illis ·
Quomodo ergo david in spiritu uocat eum dominum dicens ·
Dixit dominus domino meo · Sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum · Si ergo david uocat
eum dominum quomodo filius eius est · Et nemo poterat ei
respondere uerbum · neque ausus fuit quisquam ex illa die
amplius eum interrogare ·

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos dicens ·
Super cathedram moysi sederunt scribae & pharisaei · Omnia
ergo quae dixerint uobis seruate & facite · secundum opera
uero eorum nolite facere · Dicunt enim & non faciunt · Alligant
enim onera grauia & importabilia & imponunt in humeros
hominum · digito autem suo nolunt ea mouere · Omnia autem
opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus · Dilatant enim
phylacteria sua & magnificant fimbrias · Amant autem primos
discubitus in conuiuiis & primas cathedras in synagogis · &
salutationes in foro · & uocari ab hominibus rabbi · Uos autem
nolite uocari rabbi · Unus enim est magister uester · omnes
autem uos fratres estis · Et patrem nolite uocare uobis super
terram · Unus enim est pater uester qui in caelis est · Nec
uocemini magistri · quia magister uester unus est christus ·
Qui maior est uestrum seruus uester sit · Qui autem se exaltauerit
humiliabitur · & qui se humiliauerit exaltabitur · Ue autem
uobis scribae & pharisaei hypocritae · quia clauditis regnum
caelorum ante homines · Uos enim non intratis nec introeuntes
sinitis intrare · Ue uobis scribae & pharisaei hypocritae · quia
deuoratis domos uiduarum · orationes longas orantes · propterea
amplius accipietis iudicium · Circuitis enim mare & aridam
ut faciatis unum proselytum · & cum fuerit factus facitis eum
filium gehennae duplo quam uos · Ue uobis duces caeci qui
dicitis · Quicumque iurauerit per templum nihil est · Qui
autem iurauerit in auro templi debet · Stulti & caeci · quis
enim maior est · aurum an templum quod sanctificat aurum ·
Et quicumque iurauerit in altari nihil est · Quicumque autem
iurauerit in dono quod est super illud debet · Caeci · quid
enim maius est · donum an altare quod sanctificat donum ·
Qui ergo iurat in altari iurat in eo & in omnibus quae super
illud sunt · Et qui iurat in templo iurat in illo & in eo qui
habitat in templo · Et qui iurat in caelo iurat in throno dei
& in eo qui sedet super eum · Ue uobis scribae & pharisaei
hypocritae · quia decimatis mentam & anethum & cyminum
& reliquistis quae graviora sunt legis iudicium & misericordiam
& fidem · Haec autem oportuit facere & illa non omittere ·
Duces caeci excolantes culicem camelum autem glutientes ·
Ue uobis scribae & pharisaei hypocritae · quia mundatis quod
deforis est calicis & paropsidis · intus autem pleni estis
rapina & immunditia · Pharisaee caece munda prius quod intus
est calicis & paropsidis · ut fiat quod foris est mundum ·
Ue uobis scribae & pharisaei hypocritae · quia similes estis
sepulchris dealbatis · quae foris parent hominibus speciosa
intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia ·
Sic & uos a foris quidem paretis hominibus iusti intus autem
pleni estis hypocrisi & iniquitate · Ue uobis scribae & pharisaei
hypocritae · quia aedificatis sepulchra prophetarum & ornatis
monumenta iustorum · & dicitis · Si fuissemus in diebus patrum
nostrorum non essemus socii eorum in sanguine prophetarum ·
Itaque testimonium perhibetis uobismetipsis quod filii estis
eorum qui occiderunt prophetas · Et uos implete mensuram
patrum uestrorum · Serpentes generatio uiperarum · quomodo
fugietis a iudicio gehennae · Propterea ecce ego mitto ad uos
prophetas & sapientes & scribas · & ex illis occidetis & crucifigetis
& ex eis flagellabitis in synagogis uestris & persequemini de
ciuitate in ciuitatem · ut ueniat super uos omnis sanguis iustus
qui effusus est super terram · a sanguine abel iusti usque ad
sanguinem zachariae filii barachiae quem occidistis inter templum
& altare · Amen dico uobis · uenient haec omnia super generationem
istam · Hierusalem hierusalem quae occidis prophetas & lapidas
eos qui missi sunt ad te · quoties uolui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti ·
Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta · Dico enim uobis
non uidebitis me amodo donec dicatis · Benedictus qui uenit
in nomine domini ·

Et egressus Iesus de templo ibat · Et accesserunt discipuli
eius ostendere ei aedificationes templi · Iesus autem dixit
illis · Uidetis haec omnia · Amen dico uobis · non relinquetur
hic lapis super lapidem qui non destruatur · Sedente autem
illo super montem oliueti accesserunt ad eum discipuli seorsum
dicentes · Dic nobis quando haec erunt & quod signum aduentus
tui & consummationis saeculi · Et respondens Iesus dixit eis ·
Uidete ne quis uos seducat · Multi enim uenient in nomine
meo dicentes · Ego sum christus · & multos seducent · Audituri
autem estis proelia & opiniones proeliorum · Uidete ne turbemini ·
Oportet enim haec fieri · sed nondum est finis · Surget enim
gens contra gentem & regnum aduersus regnum · & erunt pestilentiae
& fames & terraemotus per loca · Omnia autem haec initia
sunt dolorum · Tunc tradent uos in tribulationem & occident
uos · & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum ·
Et tunc scandalizabuntur multi & inuicem tradent & odio
habebunt inuicem · Et multi pseudoprophetae surgent & seducent
multos · Et quoniam abundauit iniquitas refrigescet caritas
multorum · Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus
erit · Et praedicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe
in testimonium omnibus gentibus · & tunc ueniet consummatio ·
Cum ergo uideritis abominationem desolationis quae dicta est
a daniele propheta stantem in loco sancto · qui legit intellegat ·
Tunc qui in iudaea sunt fugiant ad montes · Et qui in tecto
non descendat tollere aliquid de domo sua · Et qui in agro
non reuertatur tollere tunicam suam · Ue autem praegnantibus
& nutrientibus in illis diebus · Orate autem ut non fiat fuga
uestra hieme uel sabbato · Erit enim tunc tribulatio magna
qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet · Et
nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro ·
Sed propter electos breuiabuntur dies illi · Tunc si quis uobis
dixerit · Ecce hic christus aut illic · nolite credere · Surgent
enim pseudochristi & pseudoprophetae & dabunt signa magna
& prodigia ita ut in errorem inducantur in ipsis electi · Ecce
praedixi uobis · Si ergo dixerint uobis · Ecce in deserto est
nolite exire · Ecce in penetralibus nolite credere · Sicut enim
fulgur exit ab oriente & paret usque in occidentem · ita erit
& aduentus filii hominis · Ubicumque fuerit corpus illic congregabuntur
aquilae · Statim autem post tribulationem dierum illorum sol
obscurabitur & luna non dabit lumen suum & stellae cadent
de caelo & uirtutes caelorum mouebuntur · Et tunc parebit
